

præiudicatur, quia dicta clausula intelligitur quo ad cetera in dictis facultatibus, non autem quo ad competentiam Legati de iure communi, quæ per dictam clausulam non censetur sublatam, quod etiam suadet ex ipsius facultatibus, quatenus non sunt restrictæ ad Beneficia reservata, sed videntur etiam non reservata, cum loquantur de Beneficiis ad Tullen, Meten, & Viridun. Episcoporum, & Capitulum collationem, & provisionem pertinentibus, & si sedes Apostolica specialiter aut expresse reservata existant. Alia in contrarium deducta bene tolluntur per informantes pro Arturo, & possessoris, cuius dixi sufficit excludere Petrum per non insertionem quod sua gratia patereat aliquam difficultatem, cum non teneatur de iure suo. Et post hæc tradit Gonzalez referens istam decisionem, gloss. vigesima quinta, & nona, decimo quinto, reprobat opinionem Greg. Branden. super concordatâ Germaniæ, quæ 12. num. 9. & 10. contrarium volentis, qui tamen not. 1. a num. 2. admittit posse concurrere Papam tanquam Ordinarium, & prævenire post vacationem sine vlla violatione concordatorum, & a fortiori tradit Gonzalez, vbi n. 29.

45 Idem tamen, quod dictum est Legatum concurrere cum Ordinario, & eum posse prævenire in mensibus Ordinariis, recte procedit etiam attentis regulis hodiernis mensium, quo ad quatuor menses Ordinarii non habentis alternatiuum, sed non videtur procedere, quo ad sex menses alternatiue Episcoporum illam habentis, propter decretum irritans in ea appositum, quod ligat Legatum etiam a Latere, iuxta supra adducta cap. 1. a nu. 15. Sarnen. de triennali, q. 28. vers. inferius, n. 4. & qui dicit Rotam iudicalem non valere, provisionem Legati de Latere, de Beneficiis vacantibus in mensibus Ordinarij, etiam si postea Ordinarius non conferret, propter decretum irritans positum in alternatiu, & allegat Gambardum d. 2. quest. 3. lib. 3. qui tamen non loquitur in terminis alternatiue Episcoporum, sed in simili de expectantiis, & numero 8. & vbi sequitur, non valere collationem Legati, etiam habentis facultatem generaliter conferendi Beneficia reservata facta in præiudicium expectantium, & in eorum mense, etiam si nullus expectans acceptet propter decretum appositum in expectantiis, & ita Rotam iudicasse, & servare, & ita fuit resolutum in causa & Canonici S. Martini 2. Maij 1561. coram Do. Caputaquen. de qua infra d. cap. 1. numero 20. & facti doctrina Felini in cap. cum ex officio de preser. sub n. 36. & Crescentij dec. 2. de Preben. quod decretum alternatiue annullat acceptationem expectantis.

46 Quamvis & Zerola dicit. vers. de rogatio, dicit Legatum concurrere accumulatum cum Ordinario, non solum in quatuor, sed etiam in sex mensibus alternatiue, sed de isto auctore, non est multum curandum, multa enim confundit, & barbare procedit. Et vide quæ de nuntio dicemus infra d. dub. a n. 132. ]

47 Nihilominus prout Legati & de latere de Beneficio vacante in mense alternatiue tribuit titulum coloratum, & suffragatur in iudicio spolijs non obstantia dicto decreto, vt postea fuit resolutum in d. Assisini Beneficij 11. Junij 1587. coram Do. Comitulo his verbis. Ex eo, quod refert Sarnen. in regula de triennali, quæ 12. Rotam iudicasse contra vltimitatem provisionis a Legato de latere factæ, d. Beneficij vacantibus in mensibus ordinarij per regulam cancellariæ reservatis, dubitant, an D. Octavio suffragaretur titulus habitus a bona memoria Cardinalis Riario maxime cum

48

49

eius facultas minus comprehendere diceretur, quam a iure communi Legato de latere in materia beneficii tribuitur sit, & Donum reseruat ut suffragatur in iudicio spolijs, in quo sufficit decreto de titulo colorato, licet alia iudicialia, Cassini, dec. 10. numero decimo restitutione spoliat. Cum etiam Cardinalis Legatus habeat a iure facultatem conferendi Beneficia intra sua Legationem vacantia, capit. primo de officio legati libro sexto, capit. si a Sede, de Preben. eodem libro, Fedr. consilio sexagesimo quinto, cui collatio tribuit titulum coloratum, quantum facultas originalis illi competens, ex aliquo accidenti restricta fuisset, vel impedita, ad tradita per Abb. in cap. cum nostris de concess. Preben. Rebuffi de pacificis posses. numero 42. Puteus dec. 16. & 180. libro tertio, non obstat, quod stante alternatiua concessa Episcopi cum decreto irritans, vt per Sarnen. d. questione 28. prout Legati in mensibus Ordinarij videatur discoloreta, quia ex Dominis sentiebant hoc posse procedere, si Episcopi haberent indulgentiam exclusivam aliorum collatorum, & omnes conveniebant, quod sicut prout Ordinarij in mensibus expectantium, etiam ex mente eiusdem Sarnen. non obstat decreto irritans præbet titulum coloratum, ita etiam prout Legati in mensibus Ordinarij ad effectum, vt inter non sit ret. ar. d. a. restitutio in spolis, Achilles dec. 5. de titulo, nec enim omne decretum irritans positum in reservatione inficit titulum, & possessionem. Puteus dec. 50. lib. 1. & dec. 180. lib. 3. resolutiones quarum meminit Sarnen. in d. q. 28. vbi sunt transire, non absque difficultate propter decisionem Crescen. 160. & Putei 245. lib. 2. sed opere pretium non fuit in illis insistere, & magis fuit necesse examinare literas facultatis bona memoria Cardinalis S. Sixti, cum enim non relevent in hoc iudicio possessorio ad text. in cap. in literis de restitutions spoliat. retineantur ad posteriorum, vt alias dictum fuit in hac eadem causa coram R. P. D. Orato.

Verum ista decisio non videtur posse procedere, si decretum & alternatiue esset iustificatum, si quia consistat, de vacatione in mense alternatiue, & acceptatione illius ex traditis supra capit. 1. a numero 414.

Limatur tamen prædicta concl. 1. vt Legatus de latere & non possit conferre, vel reservare Ecclesias Cathedralis, vel regulares, aut Collegiatis, seu ipsarum Cathedralium Dignitates maiores post Pontificalem electionis, deliberatione de officio legati in 6. gloss. in d. 1. & Corral. d. c. 3. n. 10.

Secundo limitatur, & vt non possit conferre Beneficia reservata d. gloss. in d. c. 1. & Probus ad Monachum ibi n. 10. & 11. Villade. 9. n. 4. Corral. d. c. 3. n. 7. & 10. Gambardus d. lib. 3. n. 116. & Cuchus d. lib. 2. n. 5. n. 80. qui alios referunt, Crescen. dec. 10. de Preben. sub numer. 3. & Rota in Regien. Canonicius 17. Nouembr. 1595. supra relata cap. 1. numero. 415. nam in reservatis Summo Pontifici Legatus non potest se introumittere cap. quod translationem. de officio legati, & post hæc tradit Gonzalez gloss. 24. num. 11. & a nu. 38. vbi quod regula nuntiandi dum excipit Cardinales, intelligitur de Cardinalibus ordinariis collatoribus, vt Episcopis, non de Cardinalibus Legatis.

Imo, & si sit Legato, vel Nuntio concessa facultas conferendi Beneficia & qualitercumque vacantia, non tamen poterit conferre Beneficia reservata siue generaliter siue specialiter Rota dec. 73. de officio legati in nouis, & in additione Capella Tolos. decisio 435. & ibi Aufer. Probus d. num. 10. Encas de Falcon.

con. de reservato 4. questione principali effectu 6. Si mo. questione 81. Mandol. de signatura gratis titulo de indulto conferendis Beneficia reservata in princ. & in causa Canonici S. Martini coram D. Caputaquen. 2. Maij 1561. fuit dictum Legatum de latere non habere facultatem conferendi Beneficia reservata vilo modo, licet eis sit data a iure facultas conferendi, & vt ita de reser. Coz. 106.

Et si Legatus habeat facultatem & conferendi Beneficia referuata, non propterea potest conferre Beneficia vacanta in curia, nisi specialiter, & expresse sit concessum, ex c. 2. de Preben. in 6. & ibi D. G. Gas consil. 7. n. 6. & consil. 10. n. 2. ad dicta infra in p. ca. 1. num. 28.

55 Tertio limitatur, & vt Legatus non possit conferre Beneficia litigiosa ex ca. 1. & 2. vt lue pendente in 6. Lancellot de arentatis 2. par. 1. prefatione, n. 637. Rota decisio 198. lib. 3. par. 3. diuersorum, quæ ait, quod Beneficia litigiosa conferri non possunt ab alijs quam a Pontifice. Et fuit resolutum T in v. Tulen. Prioratus 28. Nouembr. 1594. coram D. Seraphino, in qua fuit dictum, Legatum etiam de Latere non posse conferre Beneficia litigiosa, quia in eius manibus habere fuerant reseruatæ, nisi id habeat expressum in commissione, & c. in causa Viridunen. Canonicius vigesimo octavo April. 1595. coram D. Pamphilio fuit etiam dictum, quod, si Beneficium sit litigiosum, vel alias affectum, iuxta text. in capit. secundo vt lite pendente in sexto, Legatus etiam de Latere in illius collatione se introumittere non poterit, & c. Et

56

57

58

59

60

61

62

Quarto limitatur, & vt non possit Legatus a Latere conferre Beneficia iuris patronatus laicorum, gloss. in Clem. per literas de Preben. verb. Apostolicis, Felin. in trall. quando luera Apostolica. Gloss. regula 40. Cancellaria, versiculo que ad secundam, & Probus ad Monachum in d. cap. 1. de officio Legati in 6. sub numero 16. Rochus de iure patron. verb. honorificum, numero 8. Paul. de Citadinis eod. trall. 7. par. n. 16. & Lambert. 3. par. 2. lib. 9. n. 1. & 2. Rebuffus in prax. 3. par. signaturæ, verb. nec non iuris patronatus, numero 30. Gambardus d. lib. 3. a num. 139. Corral. d. cap. 3. num. 11. & 12. & 4. par. cap. 2. n. 33. Duar. de Benef. lib. 3. ca. 3. Cuchus d. lib. 2. n. 5. num. 77. cum Villadæ de Legato, quæ 9. n. 22. Quintanaduen sup. Brunell. consil. vigesima quarta. Ayra. cons. 63. n. sexto, & 81. numero. 10.

Vnde prout Beneficij iuris patronatus & laicorum facta a Legato sine præsentatione, aut consensu patroni, erit nulla, quæ tamen illo non reclamante intra tempus datum ad presentandum, sustinebitur. Lambert. d. questione 8. ar. 2. n. 3. & Gambardus d. lib. 3. num. 343. sicut in provisione facta ab Ordinario dicitur infra capitul. vltimo, a numero 241.

Et sic in vna Barchinensi fuit resolutum, & quod, cum non constet de præsentatione, aut reclamacione patroni, valet prout Nuntij, si non habeat excepta Beneficia iuris patronatus, vt apud Anton. Auguft. & habetur 3. par. diuersorum, lib. 3. decisio 1432.

Recte tamen potest Legatus conferre & Beneficia iuris patronatus laicorum etiam ad Episcopum ex negligentia patroni, Selua 2. par. 3. n. 41. & alij.

Idemque dicendum est de Beneficiis iuris patronatus mixti, scilicet laicorum & Clericorum quod etiam non potest Legatus ea conferre Abb. in cap. fin. de iure patron. cap. dilectis. de officio Legati, Felin. in d. trall. quando luera Apostolica, ampliatio 6. & in cap. multorum, num. 3. de Indulis, Glossator. supra, Selua 2. par. 3. n. 39. & 3. par. quæ 11. num. 172. & 18. Villadiego d. q. 9. num. 28. Brunell. consil. 23. 3. declaracione Rochus verb. ius, n. 15. Lambert. d. quæ 8. ar. 4. & 9. sequen. ar. 9. Rebuff. de nomenat. quæ 15. numero. 7. Gregas de pensio, quæ 24. num. 3. Corral. d. n. 11. & 12. Gambardus d. lib. 3. a num. 355. Mandol. reg. 1. Cancell. quæ 10. numero. octonou. d. cap. 36. præf. num. 9. Granatus ad Simonetam de reservacione, quæ 9. num. 9. Zuallos in suis communibus contra communes, quæ 1. 613. & Puteus dec. 157. lib. 3. num. 2. Et faciunt quæ de reservatione dixi supra cap. 1. a num. 558. Quamvis contrarium teneat Paulus de Citadinis de Citadinis d. 7. par. n. 16. Cuchus, qui alios citat d. 1. n. 78. & Lechus de statu Legati sub num. 4. vers. 2. potest.

Quod tamen Gambardus vbi supra, num. 7. 36. & 68. sequen. limitat, quando ius patronatus esset commune laicis, & clericis, & clerici habent plures voces, quoniam tunc iniquitatum iudicabitur Ecclesiasticum, & Legatus poterit conferre per ea, quæ tradit Bart. in l. fin. de iur. de Colleg. vltimus, & Ioanni de Lignano in cap. dilectis 3. de Preben. quem sequitur Felin. in c. 6. literis col. de consuet. & in c. 1. sub n. 6. de preser. & Maranta in speculo Advocato 4. par. 11. d. 1. n. 21. & alij supra relati cap. 1. num. 1. quando docet modum discernende vniuersitatis Ecclesie & seculari, & ostendit, quod si ius patronatus spectaret ad vniuersitatem Scholarium, in qua



esse plures laici, quam clerici, totum hoc vocaretur secularis, & contra Rochus, sup. n. 16. & Lamber. 1. p. r. lib. 1. q. 1. n. 10. & Ferr. etus consi. 132. n. 5. & 6. & Gambarum in proposito refert, nec reprobat Granuetus ad Simonetam ubi proximo, n. 10. v. 1. t. 1. n. 10. quod sequitur Gonzalez gloss. decima octava, a numero decimoq. in o. loquens de reservatione.

69 Sed ista sublimitatio non videtur vera, & t est contra mentem Dd. quos citavimus, qui indistincte loquuntur, & eorum rationes etiam hic militant, maxime quod praedictaretur laicis ex societate clericorum, & sic retraherentur a fundatione, & 70 finitiae de Vniuersitate t est longe diuersum, & diuersae rationis ex adductis per Rochum d. num. 16. & Felin. sub d. n. 6. & Marantam supra, & si illud valeret, procederet etiam quando clerici haberent aequales voces, nam etiam Vniuersitas, in qua sunt aequales clerici, & laici, dicitur Ecclesiastica. Bart. & alij supra.

71 Et quoniam Couar. sup. dicit, t quod si ius patronatus huiusmodi ad latum vnum, & ad duos clericos ratione Ecclesiarum pertineret, ita quidem, quod maior pars, & potentius suffragium ex duobus clericis conitaret, quod ad praesentationem posset admitti huius patronatus derogatio, loquitur tamen, & intelligitur Couar. in derogatione facta a Papa, & ita male cum allegat Gonzalez supra n. 17. sicut etiam male allegat Crecentium de iure patroni & decij. 57. q. 1. diuersimod.

72 Sublimitatur autem ista quarta limitatio, t vt non procedat in Beneficiis iuris patronatus laicorum ex privilegio, vel praescriptione, nam ista bene potest Legatus conferre, nec oportet aliter derogare tali iuri patronatus, nec de eo facere mentionem ex quo cessat ratio retractionis a fundatione, & dotatione, Abb. in d. dilectum in fir. de offi. Legati, Car. in d. Clemen. per litteras 3. quae sit. Felin. in d. tract. quando litera Apostolica limit. 11. Staph. de literis 7. n. 11. tit. de modo, & forma imperatoris. §. 4. principaliter. num. 5. Probus ad Monachum in d. cap. 1. de officio Legati n. 6. lib. num. 16. Selua 3. nar. quae sit. n. 23. & leg. Villadieg. sup. num. 22. & Aym. d. consi. 63. num. 6. Rochus dicens communem d. verb. honorificum, numer. 16. Citadinis d. 7. par. n. 16. Lamber. d. 3. nar. 2. lib. 9. 8. art. 3. Gambarus d. lib. 3. a. n. 243. & 251. Coraf. d. c. 3. 2. p. num. 13. & 14. & c. vlt. 4. par. num. 33. Couar. d. c. 36. nu. 6. Cuchus d. tit. 5. n. 78. & Zauillos dicens communem d. 9. 613. & faciunt dicta de reservatione supra d. c. 1. n. 443.

73 Quamuis add. Barbatiz inter t conf. Alexand. 74. vol. 4. refertur, quod veritas, & communis obseruantia se habet in contrarium, & quod dictum est de iure patronatus ex privilegio procedit etiam si sit t privilegium speciale ad certa Beneficia, & non generale, quicquid Corrafius sentiat d. c. 3. num. 15. nam ex quo est ius patronatus, seu praesentandi ex privilegio, parum refert si sit ad certa Beneficia, imo ius patronatus regulariter ita solet esse, & Dd supra citati generaliter loquuntur, & Abbas in d. dilectum. 74 t de offi. Legati ad fin. quem citat & sequitur Corraf. ibi, ubi distinguit inter privilegium generale, & speciale, loquitur solum in iure conferendi dicens, quod licet Legatus possit concurrere in provisione Beneficiorum, cum habeante ius conferendi ex privilegio generali, ex Feder. consil. 63. tamen, si Papa contulisset alicui privilegium, vt possit conferre certa Beneficia. Legatus de illis non potest se intro-

mittere, quia specialis prouisio derogat generali, cap. 1. de offi. Legati, & cap. dudum de Praebend. 6. & facit, quod supra dictum est numer. 12. & 13. Quam limitationem t Abbas ponit Aenes de Falcon. de rescriptis. 2. par. de elud. 1. num. 2. eamque limitat n. 3. nisi ille, qui ex privilegio posset conferre Beneficia in certo loco haberet ex privilegio perpetuo in eum tali concurrat Legatus, & ait reperisse postmodum Villadiegum d. quae sit. 9. num. 30. indistincte tenere, quod Legatus concurrat cum quolibet collatore, etiam habeante speciale privilegium conferendi tandem, ait, posset dici, quod si Papa dederit hanc facultatem alicui, postquam Legatus est creatus, quod tunc Legatus non concurrat, secus si ante. effect igitur opus videre facultates vtriusque.

At Gambarus d. lib. 3. n. 136. cum Villadieg. sup. 77 absolute tenet contra Abb. scilicet q in Beneficiis, quorum collatio est alicui specialiter concessa a Papa, vt quando papa concedit specialiter collationem Beneficiorum vni in certa Ecclesia, Legatus possit se intromittere, quoniam Legatus confert cum latuit, non priuatiue, vt sic stat, quod ille habeat auctoritatem conferendi, & tamen id possit Legatus, quando enim via potestas alicui accumulatiue non priuatiue, via non tollitur per aliam, secundum ea quae habentur in cap. vlt. de offi. ordinarij, videnda tamen, inquit, essent verba indulti.

Mihi verior videtur doctrina Abbatis, t ex d. e. 72. 2. & d. c. dudum, nec refert privilegium esse temporale aut perpetuum, nisi per illud fieret Ordinarij collator, & non Delegatus seu Apostolicus, nec rursus refert, quod privilegium speciale praecedat, vel subsequatur ad ius collationis, ff. de p. n. d. l. doli clau. vlt. ff. de verb. obligat.

Maximeque procederet doctrina Abbatis t stan. 79 te in privilegio speciali ferri indulto clausula decreti irritantis ad dicta sup. de alternata d. n. 45.

§. 1.

De facultate Nuntij.

SVMARIA.

Alicui Legati, qui non sunt a latere, seu missi, sine auctoritate, conferendi Beneficia nullam habent potestatem nisi hoc eis specialiter sit indultum, vel nisi si ius cum potestate, seu auctoritate Legati de latere, a n. 80. & ponitur resolutio Rote.

Nuntius Hispania, licet alias mittatur cum potestate Legati de latere, tamen circa Beneficia conferenda datur ei facultas restricta ad Beneficia 24. Ducatorum valore non excedentia, vt in clausula facultatis hinc posita n. 83. & 84.

Nuntius Hispaniae non potest providere Beneficia curata, vt ex verbis facultatis apparet. n. 85.

Cessat iam dubium, an facultas Nuntij comprehendat Dignitates, nam vltra quod sunt in Es. lesius Cathedralibus, aut Collegiatis, non sunt Beneficia simplicia, numer. 86.

Tantum potest providere Beneficia vacantia per obitum, non per reservationem, ascensionem, vel aliam, quoniam non solent habere facultatem admittendi reservationes, & c. n. 87.

Sufficiens ad vitum effectum, quod Beneficium vacaret de facto

facto per obitum illud possidentis, licet aliu de iure vacaret, n. 82.

In valore 24. Ducatorum computanda sunt distributiones quotidianae, & fructus, qui residendo lucrifaciunt, quantum antea non solerent computari, n. 89.

Provisiones in Nuntio factae, antequam fide dignorum testimonio constituta Beneficia non excedere valore taxatum, nulla sunt, quantumvis verum sit, non excedere, n. 90.

Nec sufficit Nuntium in provisione mandare, quod priusquam possessio detur, sit informatio de eo, numer. 91.

Circa verba facultatis per romi idonei, remissive numer. 92.

Circa facultatem Nuntij multa dubia occurrunt, & c. n. 93.

An stante, quod solum potest conferre Beneficia simplicia, possit providere Archiepiscopatum, qui non sunt in Ecclesiis Cathedralibus, seu Collegiatis, sed dicuntur vnicuique, & solent habere aliquam iurisdictionem suppressam, quod non excedat valore 24. Ducatorum a numero 94. Resoluitur, quod si, quam quantum sonent in Dignitatem, sunt Beneficia simplicia, & sic non requirunt personalem residentiam, & adducuntur declarationes S. Congregationis, & decision. Rotae.

An vigore facultatis possit Nuntius providere Beneficia curata habent tantum, non alia, quae careant Parochianis, & an tale Beneficium consecratur curatum, vel non a n. 99.

Reservatum dicitur, & sententia Dd. & Rote, vique ad n. 114. & resolutio ponitur a n. 115.

Beneficia simplicia, quae Parochiales habent annexam accessorem, non censentur curata, sed simplicia, n. 122. & 123. ubi ponitur resolutio Rote, & sic poterunt a Nuntio provideri, numer. 125. & licet idem videbatur in Beneficiis simplicibus, quae habent onus perpetuum administrandi Sacramenta, & adiuvandi Rectorem, tamen secus est, quia requirunt personalem residentiam, tanquam curata ex Congreg. Concilio, numer. 126. & 127.

Beneficia simplicia, quae ex constitutione, vel consuetudine Ecclesiae habent onus gerendi vices curati in sede illius vacante, non sunt curata, & ideo poterunt a Nuntio provideri, numer. 128. & licet idem videbatur in Beneficiis simplicibus, quae habent onus perpetuum administrandi Sacramenta, & adiuvandi Rectorem, tamen secus est, quia requirunt personalem residentiam, tanquam curata ex Congreg. Concilio, numer. 126. & 127.

Beneficia, quae Curam animarum habent annexam, etiam si per plures administrantur, videntur esse curata, ad hunc effectum, & tanquam curata obligant ad residentiam, n. 128.

An Nuntius possit providere Beneficia iugiorum, n. 129. resolutur, quod non, non obstante clausula sine facultatis, ex qua potest in suis provisionibus derogationes, & clausulas necessarias, & opportunas, ac in literis Apostolicis concedi & extendi solitas, & sic videbatur posse apponere clausulam, & super eo inter aliquos lit. & c. n. 130. & 131. ubi explicatur d. clausula facultatis.

An dicta facultas Nuntij comprehendat etiam Beneficia vacantia in mensibus Ordinarij, n. 132. resolutur, quod sic, & adducitur resolutio Rote.

Id solum procedit hodie in quatuor mensibus Ordinarij, non habentibus alternatiam, secus in sex mensibus alternatiae propter eius decretum irritans, quod ligat Nuntium, & etiam Legatum, numer. 133. cui tamen decreto irritantis videtur Nuntium posse derogare, ex clausula suorum facultatum ad finem, hinc posita, n. 134.

Beneficia vacantia in mensibus Ordinarij, n. 132. resolutur, quod sic, & adducitur resolutio Rote.

Id solum procedit hodie in quatuor mensibus Ordinarij, non habentibus alternatiam, secus in sex mensibus alternatiae propter eius decretum irritans, quod ligat Nuntium, & etiam Legatum, numer. 133. cui tamen decreto irritantis videtur Nuntium posse derogare, ex clausula suorum facultatum ad finem, hinc posita, n. 134.

134. unde poterit apponere clausulam in literis Apostolicis apponi solitam, seu si venerabilis Fratri Episcopo, & c. per quam derogatur alternatiae, numero 135.

Per clausulam seu si venerabilis, quae solet apponi in provisionibus Nuntij, non videtur derogari alternatiae, nam non ponitur in ea exceptio, vt in literis Apostolicis, n. 136. ubi ponitur ipsa clausula, adhuc tamen videtur valere provisionem Nuntij de Beneficiis vacantibus in mensibus alternatiae, nam in derogationibus in eius facultatibus habetur extensa d. clausula, seu si venerabilis, n. 137.

An in provisionibus Nuntij de Beneficiis reservatis ratione mensis sit facienda expressio dispositione de mensibus vacationis, sicut in provisionibus Papa iuxta regulam de mensibus. 138. resolutur, quod sic, nam & valor obtemperum est exprimendus in provisionibus Legatorum, secundum Rotam, n. 139.

Stante regula 2. Cancellariae, per quam reservantur omnia Beneficia vacantia sede Episcopali vacante, an Nuntius possit providere Beneficia 24. Ducatorum vacantia in Episcopatu, cuius sedes vacat, & c. a n. 140. resolutur negativae, & quod Beneficium potest esse reservatum pluribus reservationibus.

Quando duo Beneficia sunt annexa, quorum insinual fructus excedunt valore 24. Ducatorum, singulorum vero non excedunt, an possunt a Nuntio provideri a n. 143. resolutur non posse, si vni sit alteri vnum accessorie posse verosimiliter esse aequi principaliter, sicut si essent separata, & c.

Quomodo accipiatur ducatus auri de Camera, & cuius valoris sit a n. 147. resolutur esse unum scutum auri in auro, & unum argenteum, seu lulium, & sic valere in Hispania 134. marapenios, & idem in ducatus pensionum, vt in decij. & resolutio Rote hic adducitur, quantumvis in reservatione ducatorum non dicendo de Camera, attendendus esset valor curatus in loco Beneficij.

An in d. valore, in quo fructus ratione personalis residentiae percipi solent, distributiones quotidianae computantur sint etiam computanda incerta, & emolumenta funerarium, & annuariorum, quae non sunt dotata sed voluntaria, nam dotata sunt computanda, sicut distributiones quotidianae curatae a n. 153. resolutur negativae, nisi incerta ista sint solita locari singulis annis pro certa quantitate, aut alias communiter redigantur, seu redigi possint ad certam summam, & c. & adducitur decij. Rote.

An in d. valore facultatis Nuntij sint computandi redditus, & emolumenta competentia Beneficiario ratione Capituli Beneficiorum, in quod quilibet Beneficiarius habet ius intrandi a numero 158. resolutur negativae.

An sint computandi in d. valore fructus, qui in Diocesi Carthaginen. & Cochen. ducantur tertiarie nempe 3. vel 4. quoque anno per turrim competentes Beneficiario ratione collectionis omnium decimarum, n. 161. resolutur negativae.

An de d. valore sint deducenda stipendia Missarum incumbentium Beneficio a n. 163. resolutur non esse deducenda, quamvis ad effectum regulae de valore sint deducenda, saltem si non requirunt seruitium personale, quia quod ad illam solum consideratur, quod Beneficium valeat in portatis, secundum tamen vocem, ubi est Beneficium, & c.

An nuntius possit providere Beneficium, quod valet plusquam 24. Ducatus, est tamen gravatum pensione, quae deducit eorum non valet a n. 170. resolutur negativae.



nisi pensio esset perpetua, quia non deducitur de valore exprimendo, licet deducatur, quoad solutionem annate pro tunc.

An si deducendum subsidium, & excusatum, quod ex concessione Apostolica Regi soluitur n. 17. 4. resolutur ad effectum facultatis Nuntij non videri deducendum, quamvis ad effectum expressionis datoris probabile videatur esse deducendum.

An Nuntius possit vigore d. facultatis providere Beneficium quod in modico excedit valorem 24. ducatoris, & an 6. partis diminutio, que solet dari ad excusandam malam valoris expressionem, danda provisioni Nuntij a n. 180. resolutur negative, si saltem excessus esset in vno regali, & ponitur decis. Rota.

Cui incumbat in controversia onus probandi valorem Beneficij a Nuntio collati, an adversarius teneatur probare excessum an vero provisus a Nuntio, debet probare non excedere 24. a n. 187. resolutur provisionem debere probare Beneficium esse intra valorem facultatis Nuntij, non obstante assertionem ipsius Nuntij, idque plene.

Quod procedat, etiam si provisus a Nuntio sit possessor, & veniat excipiendo, & se defendendo, & sua gratia sit prior, quia, cum adversarius fundaverit suam intentionem, provisus a Nuntio, qui contra eam excipit de sua provisione, debet eam iustificare, & probare huiusmodi narrativam valoris, & si non negetur, a numero 190.

Obiectio contra dicta quod provisus a Papa agens contra provisionem a Nuntio, ad fundandam suam intentionem teneatur probare valorem narrativam in sua gratia posteriori, & sic excedere 24. n. 195.

Respondetur, quod id esset verum, quando provisus a Papa variasset valorem asser. & quod alius in eo se intruserat ex provisione Nuntij, tunc eius id teneatur probare plene, quando vero narrasset valorem per non excessum, pro vi communitur sit, sufficit non excessum semiplene probare, & idem ubi narrasset valorem asser. nihil dicendo de provisione Nuntij, nam tunc sufficit probare non excessum, cum sonus in gratia de Beneficio vacante, & non de vacatorio certi valoris, an. 196.

Provisus a Nuntio recte probavit Beneficium non excedere 24. per confessionem adversarii in sua gratia licet ad sit clausula augendi, nisi ea fuerit & sic, que in prima expeditione consumitur a n. 202. & adducuntur resoluti. Rota.

Non tenetur provisus a Papa probare excessum 24. ducatoris pro verificatione intrusionis adversarii in literis expressis, quando illa intrusio in supplicatione non fuit narrata, sed tantum in literis ad non solvendum pro tunc annatam, sed habita postquam cum non fuerit narrata in supplicatione, non potest Papa dici illa motus, teneatur tamen verificare semiplene, saltem possessionem, seu detentionem illius saltem tempore expeditionis, sicut dicitur de familiaritate narrata ad expediendum gratias, & c. a numero 209. & si fuit in supplicatione narrata intrusio est verificanda, & c. n. 117.

Si constaret in causa de possessione seu detentione adversarii presumetur illa tempore expeditionis literarum, nam facile presumitur de presenti ad preteritum, cum adeo aliqua iusta causa ita presumenda, qualis hic adest, & c. n. 215. & seq.

Quomodo probetur valor Beneficiorum? a n. 218. referuntur opiniones. Dd. quibus reprobatum resolutur cum Rota, cuius resolutiones adducuntur, valorem attendendum esse, & probandum per decem annos ante gra-

ziam, a qua sententia non est recedendum, cum eam receperit observantia Rota, que secundum eam pluries iudicavit, & sic transevit in hylum, & consuetudinem curia, qui facit usum etiam extra curiam, cum sit decisorius, & est videtur standum, & non hylu aliorum tribunalium Hispania, cum agatur de interpretatione literarum emanantium ab ipsa curia, & c.

Testes super valore debent reddere rationem, seu causam dicti sui, etiam non interrogati, alias non probant, n. 242.

An Nuntius vigore dicta facultatis possit conferre Beneficia iuris patronatus, non excedentia valorem 24. a n. 243. resolutur posse conferre Beneficia iuris patronatus Mixta, sicut dicitur de Legato. Quamvis valeat eius provisio non reclamante patrono laico infra tempus datum ad presentandum.

Videatur posse Nuntium derogare iuris patronatus laicorum tantum pro necessitate, & mixto in totum, ex clausula sue facultatis, ex qua potest apponere derogationes, ac clausulas necessarias, & opportunas, ac in literis Apostolicis concedi, & extendi solitas, & sic clausulam, & cum derogatione interpretari, & c. numero 245.

Respondetur per illam clausulam non dari facultatem Nuntio derogandi iuris laicorum, nec id esse credendum, n. 247. nec d. clausula intelligitur de derogationibus, & clausulis in literis Apostolicis concedi, & extendi solitis, que sumuntur ex ipsa supplicatione, numero 248.

Poterat Nuntius ex d. facultate conferre beneficia iuris patronatus laicorum ex eorum negligentia seu culpa ad Papam, aut Ordinarium devoluta, sicut etiam alia beneficia devoluta etiam ad Papam, sicut de Legato dictum est, dummodo non excedant d. valorem 24. in sua facultate taxatum, numero 249. & seq.

An Nuntius vigore d. facultatis possit providere beneficia exempta, seu ad exemptorum collationem spectantia, non excedentia valorem 24. n. 251. resolutur posse, ut in Legato dictum est.

An Nuntio currat tempus semestre ad confendum, a numero 252. resolutur idem dicendum, quod de Legato.

Secundo principaliter dico, quod alij Legati, qui non sunt a latere, sive missi, sive nati, conferendi Beneficia nullam habent potestatem, nisi hoc eis specialiter sit indultum. *l. i. de supplenda negligentia Prælatorum d. c. 1. de offic. Legati in 6. vbi Dd. vnde Rota de anno 1545. tenuit. Nuntij provisionem non esse bonam pro colore in spolio, nec pro nona provisione expedienda, attento quod est ab eo, qui non habet iustitiam de iure communi, & speciale ius necesse est quod probetur, quo probatur tunc valebit. Ut per Chianum, decis. 99. in manuscrip. t. Vel nisi sint missi cum potestate, seu autoritate Legati de latere, nam tales etiam sine alia speciali facultate possunt Beneficia conferre, & c. privilegia Legati de latere habent, ut cum Decio cons. 128. & Villad. de Legato quest. 9. n. 2. docet Gigas de pension. quest. 6. num. 19. & Cuchus d. lib. 2. tit. 5. num. 86. Mandos. reg. 31. Cancell. quest. 6. num. 4. & de montorio quest. 60. num. 41. Quintanaduenas Eccles. lib. 1. cap. 5. num. 3. & Zechus de republ. Eccles. c. de statu Legati sub n. 4. versu. 5. potest. & de benef. pensio. cap. 2. & c. 5. num. 2. Gonzalez gloss. 23. numero 3.*

Nuntius vero Hispanie, si licet alias mittatur cum potestate Legati de latere, tamen circa Beneficia conferenda datur ei facultas restricta ad Beneficia 24. ducatorum valorem non excedentia, ut apparet ex clausula sue facultatis, & que sic sit. *Insuper quacumque Beneficia Ecclesiastica simplicia in d. Regni consuetudine, extra tamen Metropolitana, & alias Cathedralia, ac Collegiata Ecclesiarum consuetudine, per obitum illorum vltimorum possessorum extra Romanam curiam vacatorum, dummodo illa alias, quam ratione mensuram Apostolicarum, reservata non fuerint, & cuiuslibet eorum fructus reddunt, & presentibus etiam ratione residentia personalis percipi soliti, ac distributiones quoad annata 24. ducatorum auri de camera, secundum communem estimationem, valorem annuum non excedant, pro tempore vacantis personis providendis, ita tamen, ut tu non prius provisione Beneficiorum huiusmodi facere debeas, quam tibi fide dignorum testimonio confiteris, fructus predictos ipsum valorem annuum non excedere, alioquin provisiones a te pro tempore facte de eis nullas sint robore, vel momenti. Ut habetur in literis, & facultatis D. Cesaris Speciani, Episcopi Navarren. Nuntij Hispanie datus a Sixto Quinto anno 1585. Idibus Decembris Pontificatus sui anno primo. Et in facultatis D. Camilli Caetani Nuntij Clem. VIII. que facultates sunt producendæ in actis, quando agitur de aliquo Beneficio provisio a Nuntio, Rota decis. 73. lib. 3. part. 3. dicitur per Gonzalez §. a. pro. numero 84.*

Ex cuius facultatis, & clausule verbis clare apparet primo, t. Nuntium Hispanie non posse providere Beneficia curata, quantumvis non excedant valorem 24. ducatorum in e. al. figuratum.

Secundo apparet cessare t. iam dubium, de quo per Creten. decis. 1. de privileg. alias 31. An facultas Nuntij comprehendere Dignitates, de quo Anastas. Germonius de indultis Cardinalium, verb. ac irritum. §. n. 31. nam ultra, quod fuit in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, quarum Beneficia conferre non potest, Gonzalez d. §. a. num. 58. & gloss. 23. a. num. 4. non sunt Beneficia simplicia. Gambarus de officio Legati libro 5. rubrica. an Legatus possit plura Beneficia vni conferre, num. 2. & Barlatus consil. 352. n. 1. libro 4. & dictum est supra, parte. capit. 6. numero nono.

Tertio apparet tantum posse t. providere Beneficia vacantia per obitum, vnde non poterit providere Beneficia vacantia per resignationem, allocationem, contractum matrimonii, ingressum Religionis, aut priuationem, vel alio modo, faciunt dicta infra 11. part. cap. 1. num. 3. & 83. quamvis olim solebat habere facultatem admittendi resignationes, & c. ut apparet ex decis. 805. lib. 3. part. 3. dicitur per Rota, & traditur per Flam. Paris. de resignatione benef. lib. 7. §. 13. a. num. 11.

Sufficere ad istum effectum, quod t. Beneficium vacaret de facto per obitum ipsius possidentis, licet alias de iure vacaret, ad decis. 12. de prebend. in antiquior. n. 8. de elect. in antiquis, Callador. 2. de constitutionibus Rota dec. 102. l. 1. part. 3. dicitur per Belenzinis de charitativo subsidio. quest. 122. Simonetam de reservatio. quest. 50. & 51. & Mandos. regul. 3. quest. 13. & reg. 6. quest. 5. de quibus supra. capit. 1. numero 19. 8.

Quarto apparet in valore 24. ducatorum, t. ad quem Nuntius habet facultatem, computandas esse distributiones quotidianas, & fructus, qui residendo lucrificant, quamvis antea non solerent com-

putari, ut apparet ex decis. Paleotti 745. lib. 3. part. 3. dicitur per Rota, & ex decis. Calagurritana Archiepiscopatibus infra adducta num. 182. & ex decis. 118. & Cesaris de Grassis in vna lacen. Portionis de Anso, de anno 1575. que sunt vidende, in quarum prima in primo præsupposito ponitur clausula facultatis Nuntij illius temporis circa provisionem Beneficiorum, & habetur etiam 1. part. dicitur per Rota, & ex alius decis. & posthæc tradit Gonzalez d. §. 2. n. 56. & 57. & gloss. 23. num. 4.

Quinto apparet provisiones a Nuntio factas t. antequam fide dignorum testimonio confiteretur Beneficia non excedere valorem taxatum, nullas esse, quantumvis verum sit non excedere, nec sufficere Nuntium in provisione mandare, quod t. priusquam possessio detur, fiat informatio de eo, ut fieri videtur, nam per id non servatur forma a Papa præscripta & circa illa verba facultatis personis idoneis, Tvidenda sunt dicta infra 11. part. cap. 5. ex n. 284. & particulariter, n. 191.

Circa quam facultatem Nuntij, t. multa dubia occurrunt in praxi, que operæ pretium erit examinare. Et primo dubitatur, t. an stante, quod solum potest conferre Beneficia simplicia, possit providere Archiepiscopatibus, qui non sunt in Ecclesiis Cathedralibus seu Collegiatis, sed dicuntur rurales, & solent habere aliquam iurisdictionem, supposito, quod non excedant valorem 24. ducatorum?

In quo breviter dico, t. quod sic; nam dicti Archiepiscopatibus, quamvis de iure communi foneant in Dignitatem. Rota dec. 316. par. 2. dicitur per Rota, sunt Beneficia simplicia, & sic Archiepiscopo rurali non committuntur causæ, ut ex Hieron. Paulo in practica Cancellaria, tradit Flores. quest. 4. num. 17. & vti talia Beneficia simplicia non requirunt perfectam residentiam, iuxta consuetudinem vniuersalem Ecclesie, ex qua in Beneficiis simplicibus non requiritur residentia, ut supra dictum est, 3. part. cap. 2. a. num. 3.

Et ita censuit S. Congregat. Concilij, in vna Burgen. que sic ait: *Illudisimum & reverendissimum Dominum in Diocesi Burgen. sunt nonnulli Archiepiscopatibus, qui Dignitates rurales reputantur, que existunt, non tamen sedem in Cathedrali, nec Collegiatis Ecclesiis habent, nec Cura animarum illis innonet, nec personalem residentiam requirunt, sed eorum precipuum munus seu officium est, copiam singulis annis ad economos Ecclesiarum, sub districtu sui Archiepiscopatibus existentium recipere, easque, si in aliqua summa sunt debitorum ad solvendum compellere, ac generaliter, ut bona fabricæ Ecclesiarum bene administrantur, & expendantur procurare, nec non Sacra Chrosima singulis annis a Cathedrali reportare, in Parochialibus Ecclesiis sui Archiepiscopatibus distribuere, propter quod onus certis sibi designatis recipiendis fructibus a qualibet Ecclesia sub districtu, nec inquam fuerunt reputati curati, sed semper ante Concilium Trid. & post, consenserunt conferri Dignitatibus, ac Canonici, seu alius personis Beneficia personalium residentiam, requiruntia obtinentibus absque dispensatione Apostolica, & hoc tanto magis, quod predicta Beneficia residentiam requiruntia, una cum Archiepiscopatibus obtinentes possunt per mensis absentie facere per predictum officium, & non per aliquid alium, quod possunt per tres menses absesse, Nihilominus ab aliquibus venitur in dubium, an Archi-*



presbyteratus huiusmodi sunt incompatibiles cum praedictis Beneficiis residentiam requiruntibus sub praetextu quod dicta receptio computatur videtur iustitiam quaedam, quae ex dispositione Concilii, sessione vigesima-quarta, capit. tertio, quando pertinet ad inferiores, per se ipsas fieri debet. Quare illustrissimus Cardinalis Pacheco, Praesul Ecclesiae Burgen. cupiens pro administratione sui Pastoris officii dubia, quae in executione dicti Concilii observantur, per declarationes S. Congregat. tollere, supplicat illustrissimis DD. Vestrarum dignetur declarare, an statibus permissis ex dispositione Concilii praedicti, sessione 24. cap. 3. seu alterutrum decreti, Archiepiscopatus huiusmodi sunt incompatibiles cum Dignitatibus Canonice, vel aliis Beneficiis per residentiam residentiam requiruntibus? Et an praedicti Archiepiscopi teneantur per se ipsos munus praedictum sibi incumbens exercere, vel possint illud per alios ab ipsi deputandos exequi, prout multi habemus facere consueverunt? Ad primum Congregat. Concilii censuit, non esse incompatibiles, prout non esset aliud Beneficium simplex. Ad secundum Congregat. eadem censuit non teneri ex illo decreto Concilii sessione 24. capite 3.

97. Etiam alia declaratio eiusd. S. Cong. t. super c. 17. sess. 24. de reformatione, his verbis, simplex Beneficium est Archiepiscopatus, licet habeat aliquam iurisdictionem, dummodo residentiam in eo non sit necessaria, refert Gonzalez gloss. 64.

98. Iuxta quam fuit resolutum in causa Conchen. Archiepiscopatus de Huete 26. Ianuarij 1504. coram D. Pena, quod licet Archiepiscopatus habeat iurisdictionem, non tamen constabat esse talem, quae illum efficeret beneficium curatum, & incompatible cum alio requirentem residentiam personalem, quam decisionem hic ponere placuit, & sic se habet. Quisquis, aut praeterea, hunc Archiepiscopatum habere curam iurisdictionalem ad effectum, ut per assensionem dimidia portionis in Ecclesia Conchen. iudicata fuisset illius vacatio, quamvis die 17. Maij praeteritis, pro vacatione ex confessione facta in precibus pro obtinenda gratia, iurisdictionem dimidiam die 25. Iunij, causa uerum discussa, fuit dictum, quod Amorogam melius id procuraret. In hac ergo propositione utraque parte informante Dominum censuerunt, ex deductis non probari Archiepiscopatus imminere talem curam iurisdictionalem, quae faceret incompatibilitatem, primum enim dicebatur Amorogam debuisse plene, & concludenter probare hanc qualitatem incompatibilitatis, cum ageretur opponendo obiectum Hieronymi aduersarij, & intererat illum privare, Mohedan. decision. 160. Pateat 6. de probation. Sarren. in regula de infirmis, questione 36.

Hanc concludentem probationem dicebant Dominum non posse desinere ex confessione facta in precibus pro obtinenda Vicaria, quia illa confessio non erat Hieronymi principalis, sed sollicitatoris, quae non poterat prauidicare principali abenti, maxime, si sit reuocata, Mohedan. decis. 157. & praesertim, quando est de rebus, quae non sunt in potestate consentientis, ut de confessione unius Ecclesiae, ad eam Achilide decis. 4. de consensu, & licet impensafaciat gratiam praesumptam impetratam, ad instantiam principalis, nec possit venire contra confessionem sui procuratoris, quando principalis fuit usus gratia, dicta tamen confessio & acceptatio non facit quod omnes clausulae appositae in gratia sint tales, quales procurator expressit, praesertim, quando qualitas expressa habet dubium iuris, ut in casu proposito, utraque ista cura iurisdictionalis sit talis, quae causet incompatibilitatem. Praeterea, tamen si omnis cura iurisdictionalis, siue stricto, siue largo modo sumpta, faciat

Beneficium curatum ad effectum inducende incompatible, Abbas cap. dudum 2. num. 8. & 10. de electione, gloss. in Extrauagant. execrabilis, verb. animarum cura, & verb. vitare. id est praedictum. Nihilominus talis cura iurisdictionalis, debet facere Beneficium curatum, quae qualitas non potest colligi ex praedicta confessione, cum in ea adderetur, quod Archiepiscopatus iste residentiam non requiritur, unde enim sequeretur non posse dici curatum, cum omne Beneficium curatum requirit residentiam. Ancharan. consil. 7. numero 1. Canonice in capitulo fin de clericis non residend. ut autem confessio praedicta consentiens, debet esse certa, & concludens, alias enim ad fauorem consistentis est interpretanda. lege si quis intentione, ubi Bald. ff. de iudicis. Decius capitulo cum venerabilis, numero 109. versiculo non obstant allegata, de except. Flamini. Paris. consil. 115. numero 16. libro 1. Et hinc interpretati faciebatur decisio S. Congregationis Concilii Trident. qua dicebatur simplex esse Beneficium Archiepiscopatum, licet habeat aliquam iurisdictionem, dummodo residentiam in eo non sit necessaria, atque eodem modo respondetur ad aliam confessionem contentam in instrumento ad praesens, in qua, licet procurator Hieron. peteret sibi dari fidem, quod Archiepiscopatus habeat Curam iurisdictionalem, non tamen confitebatur illam esse talem, quae induceret incompatibilitatem, ut supra dictum fuit, cum simul habere possint, quod Archiepiscopatus habeat Curam iurisdictionalem, quod illa non sit talis, ut faciat illum incompatible, quam qualitatem similiter non probabat fides Notariorum asserentium Archiepiscopatum de Huete habere iurisdictionem ordinariam in causis civilibus cuiuscumque qualitatis, & in criminalibus, usque ad capturam, & ponendi inter dictum, quia praeterea quod ista atestationes Notariorum erant factae sine iuramento, & parte non citata, quae praeterea non merebantur fidem, dicebatur etiam Notario non credi, nisi de his, de quibus fuit rogatus a partibus, Felin. in cap. qui contra, num. 35. de probatio. atque ex his censuerunt Dominum non probare talem iurisdictionem, quae esset sufficiens ad inducendam incompatibilitatem, alia enim fundamenta talia per informantes, non adeo tuta putabant.

Secundo dubitatur, si an vigore facultatis possit Nuntius providere beneficium curatum habitu tantum, non actu, quia caret parochianis? Quod dubium pendet ex eo, an tale Beneficium censetur Curatum, vel non.

In quo Innocentius in cap. de multa, t. de Praebend. ante num. 1. & ibi Calder. & Cardin. n. 2. & Speculator. de dispensatione, s. dice. dum, vers. sed nunquid, ut 9. tenent esse curatum absolute, etiam ad effectum illius c. de multa, dicentes Ecclesiam esse curatum ex ordinatione, seu destinatione Episcoporum, non ex accidentia facti, id est accessu, seu recessu Parochianorum, pro qua sententia alios citat Hoieda de incompatib. benef. 13. n. 10.

Et Cardin. consil. 48. ait tale beneficium transferri curatum, & sic de tali cura faciendam esse mentionem in impetratione.

Alij vero dicunt tale beneficium habitu tantum non esse incompatible cum alio, nec includi in dispositione d. capit. de multa, ita Feder. consilio 135. & post alios Abbas in d. cap. de multa, numero 24. Capra dicens communem, reg. 90. numero 74. Duennas regul. 7. 4. fallen. & Hoieda supra numero 10. & 53.

Et similiter glossa in c. licet canon. de electione in 109. 6. verb.

6. verb. Parochialis, dicit, quod dispositio illius c. non habet locum in tali curato habitu, sequuntur Sclui in parti. questione 42. & Hoieda ubi supra, & Rebuffus in praxi, ut. de non promotio num. 34. qui tamen num. 35. ait, quod si reuertantur Parochiani, tenebuntur si promoueri ab eo, quae reuertuntur, siquidem incipit actu parochialis esse, &c. idem Zerola in praxi Episcopali. 2. parti. ubi b. Beneficium, s. 13. & latius 1. parti. et ad. verb. s. 4. circa fin. ubi ait reperiri Trinitates Ecclesias, quae antiquitus fuerunt curatae, & habuerant populum, & nunc caret populo, & sunt dirutae, & habent bonos redditus, & huius, qui ad illas assumuntur, non prouident per concurrens, nec subesse dispositioni cap. licet canon. & sic videlicet obseruari Beneficium, & quod, qui habet, dicitur habere Beneficium simplex, & quod tunc incipit esse Curatum, quando incipit habere populum, &c. & quod non debeat fieri concursus in Ecclesia parochiana, quae actu non habet parochianos, tenet idem Zerola, ubi supra, s. 2. 8. dicit, respondetur enim, inquit, prout in d. verb. de iurisdictione, s. 4. circa v.

104. Hieron. Paul. in praxi. Cancell. 7. notabilis superiacentibus non referantur, ubi curata Ecclesia, ait, quod curata Ecclesia proprie dicitur, quae habet curatum actu, illa autem, quae habet curam habitu duntaxat, habetur pro non curata, saltem quoad eandem pecuniam constitutionis de cura loquentis: Et Quintanaudennensis lib. 4. Eccles. num. 71. ait huiusmodi parochia Beneficium non habere Curam animarum, neque cap. de multa, aut c. de canon. penes contineri receptus esse.

107. Hinc ait Gambarus t. de offic. Legati. lib. 5. rubric. an Legatus possit plurali Beneficia vni conferre a. 13. quod in restrictione dispensationis ad plura incompatible, dummodo non sint plures, quam duae Parochiales Ecclesiae, non includitur Ecclesia, quae olim habuit, sed nunc non habet Parochianos, nec dicitur parochialis; quia tunc cessat ratio restrictionis.

108. Felin. in cap. postulati de iurisdictione, sub n. 1. t. vers. & vide Card. inquit, quod talia Beneficia regulantur in omnibus, ut simplicia, & sic non est opus facere mentionem in impetratione de tali cura, & idem dicit in c. in iura cor. 10. eod. tit. post Bonifacium Clem. 1. de offic. Vicarij, n. 44. sequitur Mand. rep. 20. Cancell. de idiomate, quest. 11. n. 5. ubi concludit in talibus Beneficiis non esse locum illi regulae, & post hac Gonzalez gloss. sexta 2. numero 89. ait huiusmodi Beneficium non fieri Beneficium curatum, nec vti tale regulandum, & cetera.

109. Alij sic concordant opiniones, quod ad effectum, ut de tali cura fit facienda mentio in impetratione, tale Beneficium censetur curatum, ad effectum vero incompatibilitatis, & cap. licet canon. non censetur curatum, ita Staphil. de iurisdictione, tit. de qualitate, & statu Beneficiorum, s. de qualitate Beneficij, quae sunt curata, n. 3. Rebuffus in praxi, ut. de dispensatione, ratijs, & arat. verb. etiam si curam. Burlatus cor. sil. 352. num. 23. & 24. lib. 4. Ioannes Gutierrez allegatione 8. Zechus de republic. Ecclesiastica, cap. 28. de Parochia, sub num. 2. Emanuel Rodriguez. in sum. 1. tom. r. 31. num. 6. Vega 1. parte summae cap. 36. casu 28. & P. Ledelma in sum. 2. parti. ar. 7. cap. 1. 12. conuul. 7. difficultate.

110. Et Sarren. in regul. de idiomate, quest. 31. t. vers. ubi 100. ait ad effectum illius regulae ceteri curatum, licet non ad effectum incompatibilitatis. At Hier. Gabriel. consil. 191. t. lib. 3. cum Felin. supra tenet gra-

riam talis Ecclesiae curatae habitu non esse surreptitiam, vel obreptitiam, si de cura mentio facta non est, vel est narratum, quod est sine cura contra Staphil. & Rebuffum ubi proxime, maxime, cum per plures annos Ecclesia Parochianis caruit, & verumquidam nulla spes adest, ut actum recuperet, quicquid concludere debeat, cum Ecclesia pauca ante Parochianos amisit, & adest probabilis spes recuperationis actus: quo casu Hier. Gabriel. videtur contra inclinare, & 20. ait, quod ad obremendani Ecclesiam habitu curatum, in minor. 25. annis est idoneus, cum Bonifacio ubi sup.

Et in vna Firmana Resoluitio 16. Decem. t. 1558. coram D. Quiroga, fuit resolutum, Quod si in supplicatione impetrationis Parochialis, quae cura habeat animarum habitu, non actus, dicitur et, quod Ecclesia eras fuit Curata, gratia est surreptitia, si pro actu est spes Parochianos posse reuocari, cum non sit facta mentio Curae, e. iude verbor. significatio libro 3. v. vero nulla erat spes reuocandi gratia, cum talis d. c. Reg. dec. 31. in fin. Felin. supra in c. postulati cu simul, quod si lapsi esse t. 40. anni sine Parochianis, iuris iure Beneficij esset immutatum, & Beneficium eras simplex, ceterum de Beneficio de reuocandi in 6. Staphil. forma expectari uat, numer. 5. hinc in d. dec. Firmans, sequitur Burlatus d. conf. 352. in fin. & Flam. Paris. de re iurisdictione, lib. 10. que. 7. n. 87. & 88.

Iuxta quam decisionem videtur intelligenda alia in vna Telesina Beneficij, vltima Ianuar. 1590. coram D. Seraphino, in qua fuit resolutum, Quod de Cura habitu Beneficij, quod erat Parochiale, & Parochianis recesserunt propter incurfiones latronum, debet fieri mentio, ex Card. d. consil. 8. Staphil. & Rebuff. supra citati, n. 109. & si sit Beneficium narratur esse sine Curam, tunc non sufficit, & c. Hinc inquam dec. videtur intelligenda iuxta d. decisionem Firmanam, quando est probabilis spes parochianos posse reuocari, ut videtur esse in isto casu, in quo Parochianis recesserunt, propter incurfiones latronum, nam adhibito remedio huic malo per superiores, & potestates, probabile est reuoluros in patriam suam, & locum.

Et alias in vna Lucen. Saranen. t. Prioratus II. Febr. 1591. coram D. Seraphino, fuit dictum, Quod non est gratia surreptitia, ex eo, quod Ecclesia Parochialis habitu non actu narratur sine Curam, quia tunc non est necessaria Cura expressio, Felin. d. c. postulati, in l. & d. c. in nostra cor. 10.

Hae sunt, quae in hac re t. d. d. Rotibus tradita inueniunt, in qua mihi dicendum primo, quod dicta Beneficia curata, si verisimiliter nulla spes adest, quod actu recuperent, & maxime, si lapsi sunt 40. anni sine Parochianis, censentur absolute, & in omnibus simplicia, ex Felin. Hieron. Gabr. Rota in d. Firmana, & alius supra, & sic, licet non narretur talis cura habitu, vel narretur esse sine cura, gratia non erit surreptitia iuxta ipsos, & Zechum de Benef. c. Pensio cap. 9. numer. 2. nec in eis habeat locum dispositio d. cap. de multa, & dicitur cap. licet canon. iuxta Feder. Abb. & alios relatos sup. nec habeat locum dispositio S. Concilij Tridentini sess. 24. cap. 18. de reformat. de faciendo concursus, ut per Zerolum supra. Et ita, ut existimo, huiusmodi Beneficia prouidentur Romae, tanquam simplicia sine praetio concursu, & etiam in partibus, nec erit necessaria etas 15. annorum, sed sufficit etas requisita ad beneficia simplicia obtinenda, ex bonifacio supra, & Hier. Gabr. d. num. 205.



Et tandem ad nostrum propositum deveniendo videtur posse prouideri à Nuntio, ex dict. sua facultate, si non excedunt valorem in ea taxatum.

Secundo, quod si est spes probabilis recuperationis actus, non sunt lapsi 40. anni sine t. parochianis, tangit licet ad effectum d. c. licet canon. non conferatur curata, quia cessat ratio illorum iurium, ex Feder. Abb. Glossar. Staphil. Rebus. & aliis citatis supra, tamen ad alios effectus videtur censenda curata, ex supra allegatis, maxime in terminis, & casu Joannis Gutierrez d. allegacione 8. num. octavo, vt ad effectum, quod debeat fieri mentio de tali Cura, alias gratia sit nulla ex Cardin. dicit. cons. 48. Staphil. & Rebuff. supra. & dicit. decis. Firmana, & Tefelina, & Bursato, & Flam. Paris. supra, & ad effectum concursus de quo in d. decreto Concilij cap. 18. & ad effectum etatis, &c. vnde non poterunt à dicto Nuntio prouideri, quantumcumque non excedant valorem taxatum.

Quod tamen attinet ad effectum regulæ t. de idiomate, admoeno, Rotam in vna Galagurritana Parochialis de S. Pia. 4. Decemb. 1566. coram D. Orallino pro maiori parte tenuisse. Quod regula de idiomate non habeat locum in ista Parochiali, quia nullus habeat Parochianus, quia regula in effectu respicit exercitium curæ, & quia si nulli sunt Parochiani, nullum cadit idiomate, nec obstat, quod possunt superuenire, quia incertum est, quomodo idiomate, etiam qui superuenierint, &c. Sequitur Mandol. d. 7. 11.

Sed ista consideratio solum t. videtur posse procedere in locis, qui sunt in confinio diuersorum idiomatum, vt in locis Alauz, Vizcaiz, & Guipuzcor. d. diocesis Galagurritane, & de dicta regula de idiomate, vltra Sarnen. Mandol. & alios ibi late agit per hodieam supra d. 24. a. n. 43.

Imo etiam ad effectum incompatibilitatis, t. & d. cap. de multa, in hoc secundo casu beneficia curata habitu videtur censenda curata, ex sententia Gregorij XII. & S. Congregationis Concilij, in sequenti declaratione super cap. 17. sessione 24. de reformat. S. D. N. Gregorius XIII. audita relatione Congregationis Concilij de Caranis Parochialis, quia habitu tantum, & non alia Curam habet, comprehendit verbis huius cap.

quæ sane declaratio videtur t. intelligenda in dict. secundo casu, quando est spes probabilis recuperationis actus, nec sunt lapsi quadraginta anni sine Parochianis, non vero in primo casu, de quo numero 115.

Beneficia autem simplicia, t. quæ parochialem habent annexam secundario & accessorie, certum est, non conferri curata, sed simplicia, Felin. in e. in nostra cor. 10. de rescript. Decius in e. ad aures, num. 13. eodem. Sarnen. d. reg. de idiomate. quæst. 11. Menochius de arbitratu libro 2. casu 201. num. 67. & dicitur infra in part. capit. 4. numer. 192. & vltima parte capit. 2. numero 12.

Vnde in vna Zamoren. Archidiaconatus t. coram D. Rubens de anno 1569. fuit resolutum: De ista Curia habitu per vnam annexionem non esse, necessario faciendam mentionem in gratia, seu impetratione, vt inducere incompatibilitatem, Anchar. Gemm. & Probus ad Monach. in c. super eo. de Præbend. in 6. Bonif. in Clemen. vnicæ de off. Vicarij, contra cons. 33. Card. de qua per Felin. in c. postulat. in princ. de rescript. quod non est verum, nec in curia seruatur, &c.

Et sic ista beneficia simplicia, quæ Parochialem t. habent annexam secundario, & accessorie, potunt

à d. Nuntio prouideri si simul cum annexo non excedunt valorem suæ facultatis, secus, si annexo facta esset æque principaliter ex dictis infra d. l. part. c. 2. num. 37.

Similiter etiam Beneficia t. simplicia, quæ ex constitutione, vel consuetudine Ecclesie habent onus feruntur vicis Curati in d. illius vacante, non sunt curata, quia propter solum exercitium curæ accidentale, ille vicis gerens non dicitur habere beneficium curatum, Oldrad. consil. 102. Felin. dicit. cor. 10. Decius dicit. sup. ad aures num. 14. Sarnen. d. quæst. 11. & Menochius supra numero 68. & ideo talia beneficia recte poterunt prouideri à Nuntio, si sunt infra dict. valorem.

Et idem videbatur in beneficiis t. simplicibus quæ habent onus perpetuum administriandi Sacramenta, & adiuidandi Rectorem, nam ex illo exercitio Curæ, iure penes alterum remanente, non debet censerri beneficium curatum.

Sed videtur obstat declaratio S. Congr. 2. & 3. ad ista supra 3. part. c. 2. sub num. 167. ex quibus apparet dictos teneri personaliter residere, sicut veri curati, & ibi diximus, & sic ista beneficia censentur tanquam curata.

Et illa beneficia, quæ Curam animarum, t. habent annexam, etiam per plures administretur, videtur esse Curata ad hunc effectum quibus infra 9. part. c. 2. ad h. 7. a. n. 175. & tanquam curata obligant ad residentiam personal. m. ex c. 1. s. 23. de reform. & diximus d. c. 2. a. num. 164.

Tertio dubitatur, t. an Nuntius possit prouidere beneficia litigiosa, & respondetur, non posse ex c. 1. & 2. vt l. pendente, lib. 6. vt de Legato à latere diximus supra, a. num. 56.

Videbatur tamen posse Nuntium t. prouidere beneficia litigiosa, ex clausula suæ facultatis infra adducta numer. 134. ex qua potest in suis prouisionibus apponere derogationes, & clausulas necessarias, & opportunas, ac in literis Apostolicis concedi, & extendi solitas, & sic poterit apponere clausulam, quæ in literis apostolicis apponi solet, & supra eo inter aliquos lib. 6. de qua supra 4. part. c. 4. tertio numero 31.

Sed adhuc dicendum est, non posse Nuntium t. prouidere beneficia litigiosa, non obstante d. clausula sua facultatis, quæ non videtur intelligenda, vde clausulis in literis apostolicis apponi solitis, quæ sumuntur ex supplicatione, in qua specialiter sunt concessæ, vt istas sed de clausulis in literis apostolicis concedi, & extendi solitis, absque speciali concessione in supplicatione facta, vt est illa, seu si venerabilis, &c. & ita huiusmodi clausula de lite non solet apponi in prouisionibus Nuntij, nec illa clausula facultatis Nuntij est intelligenda, vt possit derogare dispositioni iuris communis.

Quarto dubitatur, t. an d. facultas Nuntij comprehendat etiam beneficia vacantia in mensibus Ordinarij. In quo dicendum est, quod sic, vt resolutum Rotam in vna Compollitellana, vt per Crescen. decis. 3. de privilegijs, in qua fuit dictum, Facultatem Nuntij conferendi Beneficia comprehendere etiam vacantia in mensibus Ordinarij, non obstante regul. quæ dicitur etiam menses expectantibus, disponebat, quod in ceteris quatuor Ordinarij libere conferre valerent, quia tunc in illis Papa prouidere possit, cum Ordinario concurrere, ideo & in Nuntio, quæ auctoritate Papa potestatem habet conferendi, argum. capitulo si Apostolicæ, de Præbend. in 6. & quia oratione nostra facimus, quibus

authoritatem impartitur, & argum. leg. solet cum similib. de iurisdictione omnium iudicium, & quia regul. vltima tantum in illis q. nullus tollere impedimentum expectantium, nisi in regula reuocauerint omnes facultates, & indulta conferendi. Hæc in d. decis. sequitur Anst. Germanus de indulta Card. 3. ac irritum, n. 42. facit etiam c. si a sede Apostolica de Præbend. in 6. & quod dictum est de Legato à latere supra a. n. 40. & post hæc tradit Gōzalez d. 3. a. n. 52. qui tamen n. 55. ait, q. od hodie, vt à peritis audivit. Nuntius habet facultates limitatas, vt cum Ordinariis in suis mensibus concurrere non possit, quod certe non apparet in prædicta facultate, & ita videtur sine fundamento, quamuis verum sit, quod non solent Nuntij cum Ordinariis concurrere.

Id tamen solum procedit hodie in beneficiis t. vacantibus in quatuor mensibus Ordinarij non habentibus alternatijs, secus in vicibus, in sex mensibus alternatijs Episcopi eam habentis propter decretum irritans in ea oppositum, quod ligat Nuntium, & etiam Legatum à latere, vt supra dictum est, a. n. 45.

Sed, licet id ita sit, videtur Nuntium posse t. derogare d. decreto irritanti alternatijs, ex clausula sua facultatis ad fin. que fit, ait. Decretum de omnibus facultatibus, & concessionibus prædictis, etiam cum derogationibus s. prouisionibus, ad alios irritantibus, aliisque decretis, & clausulis necessariis, & opportunis, ac in literis Apostolicis concedi, & extendi solitis, in quibuscumque partibus Regni, Prouinciarum, civitatibus, & locis prædictis libere, & licite, vt possit, &c. vt in dictis facultatibus Nuntij Speciani.

Cum ergo ex ista clausula Nuntius possit in suis gratiis, & concessionibus apponere derogationes, & clausulas necessarias, & opportunas, poterit in suis prouisionibus apponere derogationem dicti decreti irritantis alternatijs, maxime, cum possit etiam apponere derogationes, ac clausulas in literis Apostolicis concedi, & extendi solitas.

Vnde poterit apponere clausulam, quæ in t. literis Apostolicis super prouisione Beneficiorum apponi solet, seu si venerabilis Præter Episcopi, &c. per quam derogatur alternatijs, vt supra dictum est, c. 1. a. n. 17. ex Menoch. consil. 83. n. 35. lib. 1. & Anst. Germanus de indulta Cardinalium, §. alio quo, num. 32. & sic clausula ista, seu æquipollenti per Nuntium appofita valida esset eius prouisione Beneficij etiam vacante in mense alternatijs Ordinarij illam habentis.

Sed per clausulam, t. seu si venerabilis, quæ solet apponi in prouisionibus Nuntij, non videtur derogari alternatijs, nam solum dicitur, seu si venerabilis Ecclesie, vel quibusvis alius communiter, vel distincte ab eadem sit Sede indultum quod ad venerationem, vel prouisionem alicuius minime reuocatur, & ad illi concessi non possunt. Per quæ verba non derogatur alternatijs, cū desint illa, quæ in literis Apostolicis addi solept, quod quæ de huiusmodi, vel alius Beneficij Ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, presentationem, seu quannvis aliam dispositionem conuulsi, vel separatim spectantibus, nulli valeat prouideri per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quilibet alia d. Sedis indulgentia generalis, vel specialis cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressis, vel taliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediti valeat quomodolibet differri.

Achnactum videtur valere prouisionem Nuntij de Beneficijs vacantibus in t. mensibus alternatijs

Episcopi, etiam in literis, & prouisione non sit extensa d. clausula, seu si venerabilis, nam in derogationibus in eius facultatibus ad finem habetur extensa.

Quinto dubitatur t. an in prouisionibus Nuntij sit faciendæ mentio, & expressio dispositiue de mense vacationis sicut in prouisionibus Papæ iuxta reg. de mense credo, quod sic, nam & mens, ac ratio regulæ, de qua supra. c. 1. n. 647. procedunt etiam in prouisionibus Nuntij, & optime faciunt gradita per Sarnen. in reg. de valore, q. 12. Crescen. decis. 10. de rescript. & per Mandol. reg. 34. q. 50. & Rotam decis. 106. part. 1. diuersorum.

Ex quibus in vna Vlisbonen. Beneficij 4. Decem. 1600. coram Domino Pamphilio fuit resolutum, quod valor obituatum est experimentum etiam in prouisionibus Legatorum, alius gratia est nulla ex reg. de valore, &c.

Sexto dubitatur stante regula 2. t. Cancellarij supra adducta cap. 1. num. 212. per quam referuntur omnia Beneficia vacantia Sede Episcopali vacante, an Nuntius possit prouidere Beneficia 24. ducatorum vacantia in Episcopatu, cuius Sedes vacat, maxime in mensibus alius ordinarijs, & certe ego non video quomodo Nuntius iuxta prædictam facultatem possit illa prouidere cum sint reseruata vt vacantia Sede Episcopali vacante, & ratione Sedis vacantis per d. regulam, & sic alias quam ratione mensium Apostolicorum.

Potest enim Beneficium esse reseruatum pluribus t. referuationibus. Felin. in cap. in nostra cor. 6. de rescript. Aneas de Falcon. de reseruatione 4. quæst. principalis effectus 44. Cassad. dec. 9. de Præbend. Perretus consil. 17. n. 2. & Mandol. de signatura gratia titulo de indulto conferendi Beneficia reseruata reseruat, an autem, & regula 31. quæst. 14. & dicitur supra cap. 1. n. 540. sicut potest t. quis esse excommunicatus pluribus excommunicacionibus, & suspensus pluribus suspensionibus, quamuis Ripa respons. 15. n. 3. lib. 1. dicat Beneficium, quod iam fuit reseruatum, non videri amplius posse reseruari. Et Nuntius non potest prouidere Beneficia alia, quam ratione mensium Apostolicorum reseruata.

Et est ad propositum t. optima decis. Caputaquen. 85. q. 1. 2. omnino videnda, & doctrina Mandolij, vbi proxime, quamuis fecim Nuntium illa prouidere in quocumque mense vacent, vt vidi in aliquibus Beneficijs huius Episcopatus, quæ vacant Sede Episcopali vacante.

Septimo dubitatur, quando duo Beneficia simplicia, seu prælimonia t. sunt annexa, quorum insinual fructus excedunt dictum valorem 24. ducatorum, singularium vero non excedant, an possint à Nuntio prouideri t. in quo distinguendum censet, quod si vnum ex illis vnitum est alteri accessorie, & per vnam incorporationem, t. tunc non potest Nuntius prouidere, quia dicta vnio operatur extinctiōnem tituli, & nominis Beneficij vniti, & iudicatur, vt prædijm illius, cui fuit vnio, t. vt fuit resolutum in causa Ilerden. pensiois. 6. Martij 1595. & sic non datur vacatio Beneficij vniti, & vnium tantum est Beneficium, cuius fructus excedit 24. nam & fructus beneficij vniti sunt fructus beneficij principalis, cuius est quasi prædijm, vt dixi, & in impetratione non est opus exprimere vnium, sed principale, vt dicitur late infra vltima part. capitulo 2. a. numero 12.

Si vero vnio facta est t. æque principaliter, t. vnc



Nuntius poterit illa providere, si singulorum fructus non excedat d. valorem 24. ducatorum, quamvis amborum simul excedat. sicut potest vni simul conferre duo Beneficia separata, quorum singula non excedat d. valorem, quantumvis ambo simul excedant.

Et ratio est, quia dicta t. vno nihil aliud operatur, nisi quod Rector vnius sit Rector alterius, vtrumque tamen Beneficium manet Beneficium, sicut erat, & proprius redditus agnoscit, & gaudet suis privilegiis, vt fuit resolutum in d. Heron. & quod fructus veniunt exprimiendi separati, & de vtroque Beneficio annexo & que principaliter oportet facere mentionem in impetratore, & dicitur d. c. vltima parti 2. n. 37.

Octavo dubitatur, quomodo accipitur ducatus t. auri de camera, & cuius valoris sit? Et breuiter Respon. ducatum auri de camera esse vnum futurum auri in auro, & vnum argenteum, seu Iulium, & sic valet in Hispania 434 morapetinos.

Ad quod est decisio Rote in vna Conchen. pensionis 25. Iunii 1585. coram Do. t. Orano, quo sic ait. Dubitatum fuit proposita reservatione pensionis in ducatu Camera Apostolica, an solutio illius fieri debeat ad rationem 375. morapetinum, an vero ad rationem 434. Domini 28. Iunii 1585. conseruatur pensionem in ducatu ad rationem 434. morapetinum solvendam, & ratio fuit, quia, cum agatur de pensione in ducatu auri de camera a Papa reservata, solutio estimato fieri debet iuxta valorem consuetum in loco eam assignantis, Abbas in c. quanto columna vltim. de iure iur. Sarnen. super reg. de valor. q. 8. Giga de pensio. resp. 26. n. 4. attenditur autem consuetudo loci, ubi traxit originem res, de qua videtur oportere. Ad d. decis. 2. quem sequitur Felinus in c. ad aures. n. 13. in fi. de rescript. nec facit pro aerea obsequantia in contrarium, quia, cum habeamus clarum, & expressam Papa pensionem reservantem voluntatem, non est locus obsequantia interpretatus. Aretinus conf. 84. num. 5. & consil. 115. num. 2. maxime, cum illa sit fundata in confessione pensionarij, qui ideo se recepisse dicit pensiones in presentibus ad rationem valoris ducatorum Hispania, quod Beneficium expertus fuit in illa persolueda non expeditis iuris faciliorem, siquidem voluntaria acceptatio, vel non est habenda ad necessitatem lib. 2. c. de his qui sponte voluntaria. C. de excusatione tutorum. Parisius consil. 37. num. 35. lib. 4. neque sibi habita est ratio, quoniam non est vniuersalis, cum testes super eo hinc inde examina non conueniant, & sententia circa illum sit diuersa, minus obstat, quod mandatum ad consentiendum pensioni non exprimat speciem ducati, quia illud respicit validitatem reservationis, & ita decisum.

Et in vna t. Acherontina fructuum 10. Februarij 1595 coram Dom. Blanche to fuit resolutum, pensione ducatorum auri de Camera reservata solvenda Neapolitane solutionem faciendam esse in scuto auri in auro, qualis currit in Cancellaria, addito vno Iulio, quo scuto deficiente debere solui eius valorem, prout currit Neapolitane.

Quod etiam fuit resolutum in vna Aretina pensionis 20. Febr. t. & 17. April. 1598. coram D. Lita, vbi alia decisiones allegantur, nempe pensionem reservatam de ducatu Camera, in eiusdem ducatu solvendam esse, hoc est vnum scutum aureum eorum, que currit in Cancellaria, & vnum Iulium pro quolibet ducato, vel si solutio fiat in alia moneta, que potest fieri, si ducati de Camera in loco facienda solutionis non reperiantur, debere solui tantundem, etiam quod solutio sit destinata

fieri in partibus, ubi ducati plus, vel minus valuerint, quam in Curia Sarnen. de valore q. 8. circa fi. & Giga de pensio. q. 98. &c.

Quantum alias t. in reservatione ducatorum, non dicendo de Camera attendenda esse valor currentis in loco Beneficij, vt per Gigan. consil. 58. alias resposio. q. 9. de pensio. post Belenz. de obituato subsidio. q. 89.

Et in terminis facultatis Nuntij, quod quoad valorem t. monet attendit quanti valet in Curia ducatus de Camera, fuit resolutum, in vna lacer. portionis 15. Aprilis 1595. que est decisio. 18. Caesaris de Grassis n. 5.

Nono dubitatur, t. an in d. valore, in quo fructus rationalis residencie percipi soliti, & distributiones quotidianae computantur, sint etiam computanda incerta, vt emolumenta funeralium, & annuaria, quorum non sunt dotata, sed voluntaria, nam de emolumentis annuaria, & missarum, que sunt dotata, t. que Abule dicuntur communes, & de distributionibus quotidianis certis, non est dubium esse computanda, vt apparet ex verbis dictae facultatis relatis, Cosimas i. pragmat. sanctione ital. quo tempore quis que debet esse in eorum, verb. distributiones Suarez 5. tom. disputat. secunda, sect. 1. numero 30. ad fin. nam & annuaria fixa testamentum vel donatione relicta computantur in valore Beneficij, Vvamedius consil. 12. 7.

In quo dubio breuiter t. Respon. negatiue, nisi incerta ista sint solita locari singulis annis pro certa quantitate, aut alia communiter redigantur, reuicij possint ad certam summam, nam tunc incerta ista redduntur certa, & sic debent computari in valore facultatis Nuntij, sicut vt fructus, sed distributionibus ratione personalis residencie percipi soliti ad tradita per Felin. in cap. ad aures, numero 14. & Ripam 29. de rescript. Seluam de Benef. 3. p. 9. n. 12. Rebut. de congrua portione n. 83. & 85. & de nominatio. q. 9. n. 4. alias 40. Rotam dec. 5. n. 7. part. secunda diuersorum, & Caes. de Grassis decisio 117. numero duodecimo.

Et pro hac resolutione, t. est decisio Rote in vna Maioricens. Capella 15. Iunii 1592. coram D. Orano, que tangit etiam alia ad propositum, & sic ait, vbi resolutum Ecclesiam B. Mariae orphanorum Maioricens. sub facultatibus Nuntij Apostolice in partibus Hispaniarum residentis comprehendit, quia nullos habet fructus, vt deponunt testes, qui illi deseruierunt, Garau super 3. artic. Petrus Angles quartus testis iuxta 7. 8. 9. notus testis ad 7. 8. 9. & 23. vbi subdit illam nihil habere in redditibus, neque censibus, Iacobus Andreas ad 7. 8. & si qui illius sint redditus, consistunt in elemosinis, que, cum sint voluntaria, non conueniuntur in fructibus. Abb. in Rubrica de Parochiis num. 3. multo antea minus, quia deseruimus alendis pueris, Cacialopus, de pensio. q. 26. Sarnen. in reg. de valore, q. 4. post princ. & fructus non dicuntur nisi qui superius deducuntur oneribus, atque ita subreptis vix expensis. Rota decisio 69. de concessione Præb. in antiquis Decretis consilio 155. numero 2. non obstat, quod, etiam si redditus consistant in elemosinis, atque ita in incerto, nihilominus, ex quo solent pro certa annua pensione locari, vt probant testes 10. & 14. computantur in fructibus, & conueniunt in valore iuxta r. adita per Anchor. Clem. n. de concess. Præb. sub numer. 62. vers. sed aduente. ubi subiicit exemplum de Ecclesia percipiente oblationes annuatim ultra 200. aureos, & de Ecclesia solita colligere ex elemosina annua quingente, quasitumando per

Provinciam. Felin. in c. ad aures. nu. 14. Ripa numero vigesimo nono de refectione, ubi subdit incertis esse certis, quando sunt soluti pro certa pensione, quia locatio de qua testes, respicitur ad elemosinas solitas fieri in Civitate Maiorice, ad rationem librarum illius Regionis 2. q. & sic ad rationem 13. ducatorum auri de Camera, qui sunt intra facultates Nuntij, & Anchor. prae supponit locatorem solutum fieri singulis annis, ita quod omnino sit certa, nec autem locatus probata fuit b. f. i. illaque fieri potius quod sequens annis non tantum elemosina locatur, & eorum quantum remaneret sub incerto, & cum Ioan. Sequi veniat obiectione ad annullandam gratiam Nuntij t. anquam procedentis contra suas facultates, debet concludi, ut probat excessum valoris per 10. annos ante gratia Archid. dec. 2. de valore. Sarnen. ead. reg. quest. vlt. testes autem pro sua parte inducunt hoc non probant, nam, quantum aliqui ex illis deponunt articulum, super valore fructuum, & legitimum conceptum esse verum, tamen non concludunt, nisi pro vno anno, quo confraternitati administratione d. Capella praesertim, nec concludunt super isto valore eius ista qualitate, quod tamen fructus remaneret deductis oneribus & expensis pro beneficiis, sed loquuntur de oneribus in colligendis elemosinis p. Hisspanis ad reg. Cancel. 2. in fine Stapul. de literis gratiarum. totman. 64. Sarnen. ad regulam de valore q. 8. numero 3. Cresc. dec. 2. de probatio.

Et concludit decisio t. Rote in causa Mediolanensis. Parochialis 26. Octob. 1598. coram D. Straphino, in quo fuit dictum, quod ea que voluntarie soluitur, vt elemosina, non veniunt computanda in fructibus. Abb. in Rubric de Parochiis n. 3. & c.

Decimo dubitatur, t. an in d. valore facultatis Nuntij sint computandi redditus, & emolumenta competetia Beneficiario ratione Capituli Beneficiorum, in quod quilibet Beneficiatus proprius habet ius intrandi, vt est in hac Civitate Abulen. Capitulum S. Benedicti, & in civitate Salamantica Capitulum S. Marci, in quod est Capitulum Beneficiorum civitatis, in quod omnes, & soli Beneficiati Civitatis feruientes per se suo Beneficio habent ius intrandi, & simile Capitulum est in oppido de Arebalo, & Olmedo huius Diocesis, que Capitulum ex variis donationibus, & annuatiis, seu Missis relictis habent suos redditus inter ipsos Capitulares dividendos, &c.

Et videbatur esse t. computanda, ex quo in d. valore fructus ratione personalis residencie percipi soliti computantur, & dicta emolumenta sunt certa.

Nihilominus tamen t. dicendum est breuiter non esse computanda, nam reuera ista emolumenta, & redditus non competunt ratione, & iure Beneficij, sed Capituli, & feruntur illis, quod est diuersum & distinctum a Beneficio, licet ratione Beneficij habeat ius illud intrandi, si velit; vnde non possunt dici redditus, seu emolumenta Beneficij, Rebut. de congrua portione, numero 88. & seq. Rota decisio. 5. n. 8. p. 2. diuersorum, & facti decisio 49. de concessione Præb. alias 48. in antiquis. Accedit quod non eo ipso quod i. habet beneficium, est de illo capitulo, sed habet ius, vt admittatur, si peti.

Maiores est difficultas, t. an sint computandi in d. valore fructus, qui in Diocesi Carthaginen. & Cochen. dicuntur tertiana, nempe tertio, vel quarto quoque anno per totum competentes Beneficiario ratione collectionis omnium decimarum, & ra-

tio difficultatis est, nam, quamvis ille dentur pro labore dicte collectionis, & sic alias dici non possunt fructus Beneficij, Put. dec. 489. n. 2. 3. 4. & 5. lib. 2. tamen in d. valore videntur computandi, quia dantur propter beneficium, & sunt ad instar fructuum ratione personalis residencie percipi solitorum, & distributionum, que etiam dantur Beneficiario ratione laboris, & tamen computantur in d. valore &c.

Nihilominus t. tamen verius existimo d. tertiana non esse computanda in illo valore, nam, quantumvis competant propter beneficium, competunt tamen ratione laboris temporalis, qui etiam cadit in laico, & est diuersus a labore feruitij Beneficij &c.

Vndecimo, t. an de dicto valore sint deducenda stipendia Missarum, verb. gratia. Capellania, seu Beneficium annuatim valet plusquam 24. ducatus auri de Camera, habet tamen onus duarum, vel trium Missarum in qualibet hebdomada, quarum Missa stipendij, seu quantitas de ductis, non remanet ad 2. ducati.

Et videtur esse deducenda, t. nam in computando valore debent deducti onera, & alias articulus super valore est ineptus, quia debet dicere, quod valet tantum, oneribus deductis. Rota decis. 60. de concess. Præb. in antiquis, Felin. in c. ad aures, n. 13. 12. concl. Sarnen. reg. de valore q. 8. Rebut. de nominatio. q. 9. n. 38. alias 33. Giga de pensio. q. 89. n. 1. & 2. Ferretus consil. 354. n. 15. practica Rota n. 129. impressa ad fi. 2. partis decisionum diuersorum, & Crescen. decis. 2. de probatio. Rota decis. 189. numer. 2. & decis. 298. p. 1. diuersorum, & in d. decis. Maioricens. supra adducta numer. 156. & alius multis, & Cassal. decis. 19. de Præb. vbi habetur deducenda esse de valore salaria ceterorum presbyterorum, qui ultra Rectorem sunt necessarii.

Nihilominus tamen verius existimo non esse deducenda, nam, cum in facultate ista Nuntij computentur fructus etiam ratione residencie personalis percipi soliti, ac distributiones quotidianae, computandi erunt omnes fructus Capellaniae, seu Beneficij, quos titularis integros percipit adimplendo per se onera Missarum, quamuis ad effectum regulæ de valore sint deducenda dicta stipendia Missarum, sicut si non requirit residentiam, & feruitij personale, quia in eo solum consideratur, t. quod Beneficium valet in portatis libere, & in absentia ab Ecclesia, vbi cumque ille sit, Oldradus consil. 118. Glossa res. 60. ad fi. Rebut. de nominatio. q. 9. n. 42. alias 39. Achill. decis. 401. con. super reg. de valore futurus dec. 464. l. 1. & 2. 11. 13. Mohed. decis. 16. de Præb. alias 182. t. Caes. de Grassis dec. 118. & 120. & Sarnen. d. 159. q. 5. quem sequitur Ioan. Gutierrez Cano. q. l. prima cap. 39. numero 68. quamvis ipse Sarnen. in eadem reg. de valore q. 8. dicat quod valor beneficiorum debet considerari secundum quod valet in portatis in vrbe.

Sed male, vt in d. de valor enim beneficij consideratur t. secundum locum, vbi est beneficium. Oldrad. consil. 168. n. 1. Rebut. d. q. 9. numer. 46. alias consil. 16. vers. penul. & quod ibi valet in portatis libere ab omnibus impenis, Rota decisio 548. parte fin. 20307000.

Dixi t. si non requirit residentiam, & feruitium personale, quia si illam requirit, non videtur deducenda dicta stipendia, ex quo per se ipsum celebrare tenetur, Cassal. d. decis. 19. de Præb. ad princ. & procedit quod tradit Ioannes Nicolaus Gimon. in enchiridio



beneficiorum titu. quarto, capite quinto num. vigesimo quarto.

170 Duodecimo dubitatur, si Nuntius possit providere beneficium, quod valet plus quam viginti quatuor ducatos, est tamen grauatum pensione, quia deducta non valet dict. 24. ducatos, & videtur, quod sic, nam, vt supra dictum est numero 164. fructus, & redditus Beneficij intelliguntur, deductis oneribus, & sic Gigas d. questio. 89. numero. 1 ait, quod fructus, & redditus Præbendæ considerari debent, detracta pensione.

171 Nihilominus, si tamen resp. negatiue ex Put dec. 202. lib. 3. vbi ait, pensionem non deduci de fructibus, vt excusetur mala valoris expressio, quia non est onus perpetuum, & solum onera perpetua debent deduci. B. l. e. 2. de charitativo subsidio. q. 37. quequid dixerit Gigas d. q. 89. n. quod dicitur, quod fructus intelliguntur, deductis oneribus, intelligi de oneribus perpetuis, & non temporalibus, vt est per se. Idem Rota dec. 185. l. 3. parte 3. d. uersus formis, & Vestanus 184. libro secundo in manu script. vbi dicitur, quod licet pensio deducatur quoad solutionem annuatam pro tunc, non tamen deducitur de valore exprimendo, sed debet exprimi sine eius deductione, quia non est onus perpetuum, ex ratione Gomez in d. reg. de valore. q. 1. & 3. quod etiam tradit Gambar. de offic. legat. lib. 6. nu. 169.

172 Vnde inferitur, quod si beneficium esset grauatum pensione perpetua, quia deducta, non excederet valorem 24. ducatorum, posset per Nuntium provideri, sicut deduceretur de valore exprimendo & ad saluandam gratiam à mala expressione valoris. Guiobonus, dec. 19. & fuit dictum in Valentina pensionis 25. Jun. 1601. coram D. Millino de qua sup. l. p. c. 5. n. 564.

174 Decimotertio dubitatur, si an sit deducendum subsidium, & excusatum, quod ex concessione Apostolica Regi soluitur, verbi gratia beneficium excedit valorem 24. ducatorum auri de Camera, deducto tamen eo, quod soluit ratione subsidij, & excusatio non valet d. 24. ducatos, an Nuntius possit illud providere, &c.

175 Et videtur, quod non sit deducendum, si & consequenter Nuntius non possit tale beneficium providere, nam subsidium, & excusatum, non est onus perpetuum, sed temporale, cum solum regi concedatur ad quinquennium, & sic non est deducendum de valore, ex dictis dubio precedenti.

176 In contrarium tamen facit, quod licet regi concedatur de quinquennio in quinquennium, tamen, cum à tot annis solum conferatur, & semper foleat concessio prorogari, nec sit spes in contrarium reputantur onus perpetuum. Et ita tenuit Rota in vna Burgens. pensionis septimo Jun. 1585. coram D. Giphio.

177 In qua, cum pars prætenderet illud, quod pro subsidio, & excusato, si Canonici solebat computari in valore ad excusandam expressiorem valoris excessus d. Canonici, super quo pensio erat imposita in fine sic dicitur, que vero de subsidio, excusato adducebantur Dominis non satisfaciebant, cum præsuppositio tamen quod de tempore dicta reservationis solueretur, quoniam de istis, itaque de oneribus perpetuis, iudicandum esse existimabant.

178 Sed quamuis ad effectum expressiorem valoris probabile videatur, si esse deducendum huiusmodi subsidium, & excusatum tanquam onus perpetuum ex dict. ratione, tamen ad effectum facultatis Nuntij, quæ est restricta & limitata, non auderem id admitti.

tere, ad quod etiam faciunt decisiones Calagurritanæ Archiepiscopij tratus dubio sequenti adductæ.

Et in illo casu de expressione valoris in pensione, ad attendendum est, non esse deducendum de valore totum subsidium, & excusatum, cum pensio debeat contribuere pro rata, vt supra dictum est parte prima, capite 5. numero 171. sed illud, quod tangit titularum.

Decimoquarto dubitatur si an Nuntius possit vigore d. facultatis providere beneficium, quod in modico excedit valorem 24. ducatorum, & an sextæ partis diminutio, quæ solet dari ad excusandam malam valoris expressiorem, vt per Mandos. de signatura gratia, tit. de prouiso. vbi Rota s. filius, danda sit prouisum Nuntij? & videbatur respondendum affirmatiue ad Menoch. consil. 316. numero 9. l. 4. vbi ait, quod si iustus Beneficij valor, qui exprimi debuit, excessus est, & is excessus fuit modicus, non vitiosus gratia, &c.

Nihilominus si Respondetur negatiue ex eo quod licet facultas Nuntij est restricta, & limitata ad Beneficia non excedentia dicti. valorem, &c. & ita tenuit Rota in causa Calagurritana Archiepiscopij tratus 13. April. & 20. Maij 1587. coram D. Giphio, vt in dec. leg. 13. April. 1587.

Gratian Roderici iustificatus, & consequenter canonizandam esse Dominus resoluuntur, quoniam eius habitus esse probantur. Difficultas solvitur, vt videbatur circa valoris expressiorem Archiepiscopij tratus, de quo agitur, nam si illius fructus non excederet ducatos 24. prouiso Nuntij Apostolica præferre da venit, sed ex dictis restituitur, alius adductus de contrariis satis apparet. D. dicebant, si quidem fructus huiusmodi in 52. fanecis trices tantum consistunt, ex quibus detractis omnibus oneribus faneca circiter 38. remanens, quas ad valuationem decem regalium pro qualibet faneca vno anno cum alio comparato, non est dubium longe maiorem summam 24. ducatis consistere, hinc tenent facile dionectur eosdem fructus summam in prouisione Apostolica expressam non excedere, & sic narratur in gratia Roderici esse verum, nec relevant testes pro Petro examinatis asserentes, vti cum tanti non valere, quoniam & Potho regalibus solum faneca vendi posset, autamen collatio Nuntij Petro non suffragaretur, quia opus esset probare beneficium collatum taxam 24. prædicto Nuntio concessam excedere, Rota dec. 322. in fin. l. 3. cum aliis adductis per d. Calandrum & quod prouiso facta ultra prædictam conferendi facultatem non tenent, est textus in cap. cui de non sacerdotals de Præb. l. 6. tradit glossa singularis in c. quamuis l. 1. vers. vsque ad certam eodem tit. Card. in Clem. 3. q. 2. de Præb. Conar. qui alios citat. l. 3. vari. c. 20. n. 7. nam fines mandati diligenter custodiendi, qui fructus iuris sunt illi diligenter, ff. mandati d. ca. cui de non sacerdotals, Rota dec. 17. de Procurator. in nouis, idcirco nec in modico excedit prouiso. Traz de iudic. vrbibus exiguis ferent verulic. 87. dicit Barbati, late Rebusj. in l. vn. 6. notab. à numero 5. de sententis quæ pro eo, præsertim cum facultas conferendi Beneficia Nuntio concessa tanquam ex ar. ordinaris, & supra inducitur restringenda sit, Clem. 2. vbi glossa de officio Ordinarij, quam Dd. magis communiter sequuntur Saranen. regula de valore, questione secunda. Gambar. de officio legati libro 3. numero 24. ex his itaque patet ea, quæ dicuntur circa dimiduationem sextæ partis dicti valoris, quam aliquando Rota concedit, applicari non posse. Non obstat decisio. Paleos 235. quæ incipit Nuntius habebat, quia facultas Nuntij intelligitur fecerit.

secundum regulas de valore ad hunc effectum, vt prouisus non teneatur exprimere valorem fructuum, qui per residuum lucrantur, non autem quo ad fructus, quos beneficium portans habet, & non residuum, etiam conceduntur, vt in casu proposito per ea, quæ trahit Saranen. vbi supra questione octaua numero 5. versiculo non obstat. cetera ex allegatis per informantes bene tolluntur.

In eadem 20. Maij 1587.

In hac causa de mense præterito resoluta vniuersa facti verbum in Rota an 6. pars valoris expressi, quæ ad effectum existendi si saltem expressiorem gratia Apostolica concedi solet, eodem modo prouisum Nuntij Hispaniarum danda esset? & non esse dandum conuolutum fuit, nam ex rationibus in dec. adductis, non etiam, quia fieret præiudicium annuatis, quibus annata, si valor exprimitur, ad 25. ducatos soluitur, quæ non pro expressione 24. nihil debetur, adicere extensio etiam in mentio fieri non debet, licet de officio. Ord. vbi glo. vers. promittit, præsertim in iurisdictione, Rebu. in l. vn. c. 6. notab. à n. 5. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, nec facit, quod, si in prouisione Pape valor ad 24. exprimitur, forsitan d. 6. pars locum habeat, quia diuersa ratio in Papa considerari potest, si quidem præiudicium est, quod nihilominus concessisset, si beneficium expressum valorem in modico excedere non ignorasset, ac in Nuntio cum facultatem limitatam habeat, nulla extensio admittitur per prædicta, non obstat, quod prouisione Nuntij intelligenda ac interpretanda sit iuxta regulas Cellularis, Gambar. vbi supra lib. 3. numero. 562. cum aliis allegatis, quia loquuntur in diuersis terminis, vt ex eorum lectura colligi potest, sed quod Nuntius Beneficia ultra 24. conferre non possit, vniuersa est, qui nesciat, & ei concedere 6. partem superioris iurisdictionem extendere contra formam reservationis, facit text. in c. prudentiam in fine prin. vbi Abb. n. 5. de offic. deleg. Gambar. vbi supra l. 6. num. 716.

184 Vnde si beneficium d. solam excedat facultatem Nuntij in vno ducato, vt quia valet 25. ducatos auri de Camera, non poterit à Nuntio provideri.

185 Si tamen excessus non ascendat ad vnum ducatum, videbatur probabile non esse habendum in consideratione, & posse à Nuntio provideri, quia reuera beneficium, quod non ascendit ad 25. ducatos, recte ponitur in 24. licet aliquid plus valet.

Sed, quamuis ad effectum expressiorem valoris id verum sit, si in proposito tamen id non auiam affirmare ex adductis in d. decisio saltem excessus esset in vno regali, feu Iulio.

Decimo quinto dubitatur, cui incumbat in controuersia si onus probandi valorem beneficij à Nuntio collati, an aduersarius teneatur probare excessum, an vero prouisus à Nuntio debeat probare non excedere 24. ducatos auri de Camera?

In quo dicendum, si est prouisum à Nuntio debere probare beneficium esse intra valorem facultatis nuntij, non obstante assertione ipsius nuntij, Rota dec. 10. de probat. in nobis Fel. in c. ad aures de rescrip. sub n. 4. vers. 3. concl. Gig. conf. 7. numero 5. Crel. dec. 4. de prob. ut. 32. l. 3. in fi. & Moh. dec. 20. n. 1. de Præb.

Idq; plene, cum sit fundamentum suæ gratiæ ad d. T. int. p. leg. 2. a. n. 255. quod procedit etiam pro iulius à nuntio sit possessor, & veniat excipiendo, & se defendendo, & sua gratia sit prior, quia, cum aduersarius fundauerit suam intentionem, prouisus à nuntio, qui contra eam excipit de sua prouisione t. debet eam iustificare, quia narratiua huiusmodi valoris, est pars, & fundamentum suæ gratiæ, & sic debet eam probare, si non negetur. Rota dec. 20. de Præb. in nouis, quato magis quia si negaretur, Rota dec. 6. 4. de concess. præb. in antiq. Ita fuit resolutum in vna Palentina Beneficij coram D. Orano, & habetur l. 1. suarum dec. 30. & refert & sequitur Anast. Germ. de indultis Cardis 5. ac irritum à num. 27. vsque ad vigesimum nonum.

Et conducit t. decisio. Rotæ in causa Aquen. Parochialis 20. Octo. 1594. coram D. Caputaq. in qua fuit resolutum, quod d. præsuppositio, quod consensu defuncti olim fuisse in possessione, & percepisse fructus vsq; ad mortem, imperans per obtin. illius facti dicitur verificasse suam gratiam, quia probat eam possidisse, & non alium reperitur fuisse in possess. ante eius obtin. contra eum, qui d. resignationem d. fuit, nec obstat possessio, & resignatio, quia fuit instrumentalis, & non elidit præsuppositionem continuationis possessionis defuncti, nec obstat reservatio, quia pendet à reservatione, vnde, cum imperans per obtin. probauerit suam, sequitur datus de resignat. probare plene suam exceptionem, &c.

Conducit etiam decisio. Rotæ in causa Firmana de beneficij 13. Maij 1596. coram D. Pamphilio supra adducta c. l. 572. & in vna Oriol. Beneficij 3. Jul. 1600. coram D. Seraphino, in qua fuit resolutum, quod gratia prior non iustificata non præiudicat posterio, &c.

Et facit ad prædicta t. decisio Rotæ in causa Leodiensis. Canonici de anno 1587. coram Pamphilio, in qua fuit resolutum, quod nominatus vigore indulti, quod est limitatum ad Beneficia certis valoris, & pro non habente ultra certos redditus, debet verificari se non habere ultra illos redditus, & non sufficit ipsius instrumentum in præiudicium, & quod beneficium non excedit valorem, de quo in indulto, Rota dec. 10. de probatio. in nouis, & quod ad eius probationem non sufficit confessio aduersarij in sua gratia narratiue, non excedere 24. quia, cum agatur de probando valore, de quo in indulto, debet esse probatio veri valoris. Rebusj. de nominatione quæstione nona numero 32. hinc in d. Leodien.

Facit etiam decisio, in t. causa Palentina præiudicium moniorum 26. April. 1599. coram D. meo Cordua infra adducta leg. p. ca. 2. d. nu. 62. quæ est videnda in proposito.

Sed dices, t. quod prouisus à Papa agens contra prouisum à Nuntio, ad fundandam suam intentionem teneatur probare valorem narratum in sua gratia posteriori, & consequenter excedere 24.

Respondetur, quod id esset verum, quando prouisus à Papa t. narrasset valorem Beneficij affirmatiue dicendo, quod eius fructus ascendunt ad 30. verbi gratia, vel 40. ducatos, & quod nihilominus alius in eo se intruderet, ex prouisione Nuntij, tunc enim teneretur id probare p. iustificatione suæ gratiæ, alius reus veniret absoluedus, silem per non ius actoris, & teneretur id plene, & concludenter probare, t. agatur de probando valore affirmatiue expressio Rota dec. 380. & 381. p. 1. diuersarum, tum etiam, quia venit obiectiue ad annullandam gratiam Nuntij.







vbi proximè. Sed nec ista opinio videtur iure proba-  
 229. Quarta opinio est, si valorem attendendum esse, & probandum per decem annos ante gratiam, quam tenet Rota, vt per Ant. Augustinum decif. 497. lib. 3. que est 3. p. diuersor. l. 3. decisioe 1627. Puteum decif. 373. n. 1. 4. & Guidob. decif. 25. an manuscrip. t. vbi habet, quod vbi agitur de valo. procedente ex fructib. benef. quo possunt augeri, vel minus annuati ex cõmuni doctrina omnium in l. p̄gia rerum. ff. ad leg. falcidiam q. obseruans Rota, attenditur valor communis per decem annos ante, no quinquè, vt dicit Sarn. cuius dictum dixerunt Domini esse improbatum, at, cum valor beneficij est actus, non propter valorem fructuum, sed per augmentum in substantia, & proprietate, quia fuit facta vno alterius beneficij, id attendendum est, etiam si opinio contigerit post decem annos, & paulo ante gratiam, & etiam si istud augmentum contigerit post datam gratiam, tamen in gratia condicionalib. vbi sunt expectatiua, attendendus est secundum tempus vacationis non date, valor beneficij. Oldr. ad. consilio 57. 168. & 129. Felin. in cap. cam te. de rescriptioe.

330. Hæc Guidobon. conducit t. etiam de eis. in idem. 143. vbi habetur, quod in vna ibidem Prioratus 5. l. iij. 1555. coram Domino Montis falconen. tentum est. ex certis instrumentis locationis, sedulis receptionis solutionis arrendamenti, & duobus testibus simpliciter deponentibus, per decem annos fuisse fructus arrendati, & duobus idem dicentibus de publica voce, & fama, & alii idem dicentib. de auditu, & quod ita credunt, non esse probatum excessiuum valorem contra impetrantem cum expressione minoris valoris.

331. Et fuit resolutum t. in causa Leodien. S. Dionysij 19. Iunij 1551. coram Domino Verallo, in qua fuit dubitatum, an ex arrendamenti & dictis testium probaretur Nicolai tempore nominationis sua habuisse in redditibus vltra 80. ducatos auri, ita quod excluderetur a nominatione sua vigore privilegiorum studij Lonanien. & fuit tentum, quod non esse probatus valor per testes, ad exclusionem gratia nominationis facta in fauorem Nicolai, quia agitur de exclusione, & oportet, quod probentur omnia, quia allegantur per Sarnenium de valore questione vltima, præterquam de annis quinque ante & quinque post, sed bene de annis decem ante, vt per Cotam decisio. 257. in suis miscellaneis manuscrip. t. & alias fuit resolutum coram Capuraquen. 1. Februarij 1557. quod valor ad effectum canonizatiõis sufficientissime probatur per vnum testem, & duos de publica voce, & fama, sic est plena probatio, & tamen sufficere (semplena pro verificatione narratiua eius gratia, & sic ex aduerso datur de regula de valore, incumbit onus probandi excessiuam valorem per decem annos ante impetrationem, vt per eundem Cotam decisio 205. t. Et idem tenuit Rota in vna Cameracon. vnionis decimonono Januarij 1575. coram Do. Lancelotto, que habetur 1. p. d. uersorum decif. 189. numero 4. vbi dicitur valor beneficij esse probandum per decem annos continuos ante, iuxta opinionem, quam tenet Rota, vt Domini attestati fuerunt, ita decem in pluribus causis, quas reuelerunt. Rota etiam in vna laccen. Portionis decimoquinto April. 1575 que est decif. 204. Czaris de Graf. 118. num. 1. t. ibi deponunt de de. de anno sterili cum fertili computato, &c. Et in vna Eulufina Prioratus decimoquinto Februarij 1591. t. coram Domino Orano, in qua fuit resolutum, expressiõem malam valoris ab eo, qui venit obediẽte debere probare de scientia certa per decem annos ante, nec liberam desuncti, cum sit terra, & contra tertium, proba-

re, nec falsitate existens reser nationis fructuum narrata probari, &c. nisi constet licet super cap. sp̄tato, que alias non extinguitur, nisi per rem iudi. atam executam, &c. Et idem tenuit Rota in illa Mai. ricen. 15. Iunij 1592. supra t. adducta numero centesimo quinque simoloxo. Et in vna Toletana Parochialis de Huecas decimoseptimo Aprilis 1595. coram Domino Pamphilio, in qua fuit resolutum, quod testes ad probandam excessiuam valorem iuxta requisita regula de valore debent deponere ex certis factis per decem annos ante gratiam, t. & deductis oribus, Achiller dec. 2. de valore, Sarnen. de infirmis, q. 36. & de valore. q. vltima, vt requiritur quando probatio non excessu valoris per testes de publica voce, & fama, opponitur de illius excessu ad infringendam gratiam, vt fuit resolutum in Forobuon. primuerariis de mense Maij 1590. coram Domino Perusino, & alius sapissime, & cetera.

Et hæc opinio Rotæ t. videtur magis iuri conformis, nam per lapsum, & discursum decemij melius potest sumi regula ad iudicandum valorem communem beneficij, quam per lapsum quinquennij, vel triennij, per quinquennium enim, vel triennium posset facile & verisimiliter contingere omnes annos, aut esse steriles, aut fertiles, quod non ita contingit per decem annos.

Nec ab ista t. opinione videtur esse recedendum, cum eam receperit obseruantia Rotæ, que secundum eam pluries iudicauit, vt ex decifio. adductis patet, & sic transferit in filium, & consuetudinem Curie, qui facit ius etiam extra curiam, vt per Pauinum in prealudo exerauagantium vers. decisioes Rote, Domino Martam de Tribunalibus orbis, capit. quinto, ex numero septimo, & Malcard. de prob. conclusio. 485. ex numero vndecimo, & ibi tamen est supra 1. part. cap. 5. numero 87. seq. cap. 1. bius par. a. num. 561.

Et quod ait Lancelottus t. de attentatis 2. part. cap. 20. l. iij. n. 1. filium Rotæ non attendit extra curiam, non procedit in stilo deciforio, vt hic, Sarnen. in proæmio regularum Cam. ell. questio. 2. sub vers. iij. quarto pro ista parte, & citati, sed in stilo ordinario, seu qui procedit ex particulari ratione respectu Rotæ.

Et quamuis t. in aliquibus tribunalibus Hispaniæ de stilo attendatur valor per quinque, vel tres annos præcedentes, tamen non videtur debere stari tali stilo, sed potius stilo, ac obseruantie Rotæ, & Curie, cum agatur de interpretatione literarum, que emanant ab ipsa Curia ad dec. Aegidij 2. quam sequitur Felin. in di. cap. ad aures, numero 13. circa fin. & Rota in illa Conchen. pensiois 28. Iunij 1585. coram Domino Orano, que habetur supra, dub. 8. numero 148. & optime conducit ad propositum, & diximus in simili di. cap. 1. numero 536. Rursum aduertendum est, quod testes t. super valore debent reddere rationem, seu causam dicti sui etiam non interrogati, alias non probant. Felin. in cap. cum causam 1. sub numero 3. vers. ul. & per hanc fallentiam & in cap. cum causam 2. sub numero 1. de testib. practicabilia Rotæ numero 130. Panel. in leg. 2. Code. de resenden. vendit. 3. part. cap. vlt. num. 11. Malcard. conclusio. 657. num. 49. & co. cl. 1403. num. 10. Caslad. decif. 19. super regulis, num. 3. & Rota d. decif. 189. numero tertio, part. 1. diuersorum.

Decimo septimo dubitatur, t. an nuntius vigore dicte facultatis possit conferre beneficia iurisdictionis, non excedentia valorem 24. & breui-

ter dicendum est, quod poterit conferre beneficia iuris patronatus Ecclesiæ quænammodum potest Legatus a latere, & dictum est supra a. num. 17. & faciūt tradita per Crescen. decif. 8. de privileg. de qua supra num. 152.

244. Non tamen poterit t. conferre beneficia iuris patronatus laicalis, aut mixti, sicut nec Legatus de latere, vt supra dictum est a. num. 65. Quamuis valet eius prouisio non reclamante t. patrono laico infra tempus datum ad prestantendum, vt ibi dictum est numero 65. ex decifio. Rotæ 1482. lib. 3. part. 3. diuersorum.

246. Sed videbatur posse t. nuntium derogare iuri patronatus laicorum tantum pro medietate, & mixto in totum ex cl. iusula siue facultatis supra adducta, num. 134. ex qua potest apponere in suis prouisionib. derogationes, ac clausulas necessarias, & opportunas, ac in literis Apostolicis concedi & extendi solitas, & sic poterit apponere clausulam in gratis Apostolicis apponi solitam, & eam derogatione, iuris patronatus, de qua supra a. n. 561.

247. Respondetur t. tamen per illam clausulam non dari facultatem nuntio derogandi iuri laicorum, nec id esse eundem ad tradita per Felinum in ex. ab. quando licet a. Apostolicam ampliat. 4. Selnam. de Benefic. 3. p. 7. n. 17. 12. qualitate, & Couartuias præf. ca. 36. n. 1.

248. Præterea d. clausula non intelligitur de derogationibus, t. & clausulis in literis Apostolicis concedi & extendi solitis, que sumuntur ex ipsa supplicatione, vt supra dixi. n. 131.

249. Poterit tamen nuntius ex d. facultate conferre beneficia iuris patronatus laicorum ex eorū negligentia, seu culpa ad Papam, aut ad Ordinarium deuoluta, sicut etiam alia Beneficia deuoluta etiam ad Papam, vt de Legato diximus supra a. num. 21. & numero 66.

250. Dummodo non excedant dictum valorem 24. in sua facultate t. taxatum. Quamuis viderim in hoc Episcopatu Abulen. nuntium prouidisse quandam Capellaniam oppidi del Varco de iure patronatus laicorum tanquam deuolutam cum narratiua, quod eius fructus non excedebant valorem 70. ducatorum, quod non video quomodo fieri poterit, &c.

251. Decimo octauo dubitatur, an nuntius vigore d. facultatis possit t. prouidere beneficia exempta, seu ad exemptorum collationem spectantia, non excedentia d. valorem 24. ducatorum, & c. breuiter Respondetur posse, vt in Legato de latere dictum est supra n. 19. & 20. & faciūt tradita per Crescen. d. decif. 8. de prouis.

252. Decimo nono dubitatur an nuntio currat tempus semestre ad conferendum, de quo in cap. 2. de concess. Præben. & videbatur, quod sic ex dictis infra 10. parte cap. 2. num. 10. t. nihilominus tamen idem dicendum est, quod de Legato diximus supra ex numero 22.

ter dicendum est, quod poterit conferre beneficia iuris patronatus Ecclesiæ quænammodum potest Legatus a latere, & dictum est supra a. num. 17. & faciūt tradita per Crescen. decif. 8. de privileg. de qua supra num. 152.

244. Non tamen poterit t. conferre beneficia iuris patronatus laicalis, aut mixti, sicut nec Legatus de latere, vt supra dictum est a. num. 65. Quamuis valet eius prouisio non reclamante t. patrono laico infra tempus datum ad prestantendum, vt ibi dictum est numero 65. ex decifio. Rotæ 1482. lib. 3. part. 3. diuersorum.

246. Sed videbatur posse t. nuntium derogare iuri patronatus laicorum tantum pro medietate, & mixto in totum ex cl. iusula siue facultatis supra adducta, num. 134. ex qua potest apponere in suis prouisionib. derogationes, ac clausulas necessarias, & opportunas, ac in literis Apostolicis concedi & extendi solitas, & sic poterit apponere clausulam in gratis Apostolicis apponi solitam, & eam derogatione, iuris patronatus, de qua supra a. n. 561.

247. Respondetur t. tamen per illam clausulam non dari facultatem nuntio derogandi iuri laicorum, nec id esse eundem ad tradita per Felinum in ex. ab. quando licet a. Apostolicam ampliat. 4. Selnam. de Benefic. 3. p. 7. n. 17. 12. qualitate, & Couartuias præf. ca. 36. n. 1.

248. Præterea d. clausula non intelligitur de derogationibus, t. & clausulis in literis Apostolicis concedi & extendi solitis, que sumuntur ex ipsa supplicatione, vt supra dixi. n. 131.

249. Poterit tamen nuntius ex d. facultate conferre beneficia iuris patronatus laicorum ex eorū negligentia, seu culpa ad Papam, aut ad Ordinarium deuoluta, sicut etiam alia Beneficia deuoluta etiam ad Papam, vt de Legato diximus supra a. num. 21. & numero 66.

250. Dummodo non excedant dictum valorem 24. in sua facultate t. taxatum. Quamuis viderim in hoc Episcopatu Abulen. nuntium prouidisse quandam Capellaniam oppidi del Varco de iure patronatus laicorum tanquam deuolutam cum narratiua, quod eius fructus non excedebant valorem 70. ducatorum, quod non video quomodo fieri poterit, &c.

251. Decimo octauo dubitatur, an nuntius vigore d. facultatis possit t. prouidere beneficia exempta, seu ad exemptorum collationem spectantia, non excedentia d. valorem 24. ducatorum, & c. breuiter Respondetur posse, vt in Legato de latere dictum est supra n. 19. & 20. & faciūt tradita per Crescen. d. decif. 8. de prouis.

252. Decimo nono dubitatur an nuntio currat tempus semestre ad conferendum, de quo in cap. 2. de concess. Præben. & videbatur, quod sic ex dictis infra 10. parte cap. 2. num. 10. t. nihilominus tamen idem dicendum est, quod de Legato diximus supra ex numero 22.

ture, siue à Papa, vel consuetudine, etiam si alias non habeat ordinariam iurisdictionem, numer. 1. & sic in materia collationis appellatio Ordinarij tenet non solum Episcopus, sed etiam alius inferior, qui habet potestatem conferendi, licet non habeat iurisdictionem, nec Fel. tenet contrarium, numero secundo & tertio.

De iure communis ordinarij collatores sunt Episcopi, seu Archiepiscopi, qui in prouisione Beneficiorum siue Diocesis fundatam habent intentionem, numero quarto.

De Beneficijs, & Præbendis Ecclesiarum Cathedralium, & Collegialium est particulare dubium an spectent ad prouisionem solius Episcopi, an simul cum Capitulo, num. 5.

Prouisio Cathedralium, de qua in primis dicendum est, olim pertinebat ad solam Romanam Pontificem, num. 6. lectu enim Episcoporum non pertinet de iure diuino ad clerum, sed ad summum Pontificem, vt vel ipse eligat vel præscribat eligendi modum. n. 7. prouisio vero inferiorum Ecclesiarum olim pertinebat ad Episcopum, n. 8.

Postea tractu temporis fuit per papam data potestas cuiuslibet Collegio eligendi sibi prælatum, siue si Ecclesia Cathedralis siue inferior, confirmatione electi superioris immediato relicta. n. 9. sed eorum prouisio est iam reseruata Papa per regulas Cancellariæ, numero duodecimo.

Circa prouisionem Præbendarum Ecclesie Cathedralis sunt diuersæ opiniones, prima, quod prouisio pertinet ad Episcopum cum consensu Capituli, numer. 11. secunda, quod spectet ad Episcopum cum consensu Capituli, nisi bona Episcopi, & Capituli sint communia, num. 12. tertia quod ad Episcopum, & Capitulum simul pertineat, numero 13. quam Rota habet sequitur numero 14. & pro ea allegantur quadam iura, numero 15.

In hac varietate opinionum nulla earum satis iure probatur, nam iura non sunt clara, nec multum faciant pro eis, & c. num. 16. magis tamen placet tertia opinio maxime, quia est communis, seu communior, & à Rota approbata, & recepta a numero decimo septimo, demum de Dignitatib. Ecclesie Cathedralis dicendum est cum Rota, & alius, q. nullo iure probatur, quod sint electiua, vt alias voluit Rota, & c. a. n. 20.

Cum collatio ad Episcopum, & Capitulum simul pertinet Capitulum habet unam vocem, & Episcopus solus aliam demittam. n. 22. & sic, si se non concordauerint, sed in discordia contulerint, quod, Capitulum, seu maior pars conferi vni, & Episcopus alteri, etiam si accesserint aliqui Canonici, neutra collatio valet contra Hol. cuius doctrina committere reprobatum à numero vigesimo nono.

Cum neutra collatio valet, si Papa prouidet tertio etiam sequenti die, ille dicitur habere potius ius q. eius prouisio, etiam si bona. n. 33. & sequenti vbi ponitur decif. Rota.

Episcopus, & Capitulum, qui in discordia contulerint, cum neutra collatio valet, poterunt intra semestre datum ad conferendum concordare in vnum ex prouisio, vel in alium, nisi interim Papa alius prouiderit, alias deuoluitur prouisio ad superiorem, numero 35.

An impetrans Præbendam à Papa narrando fuisse discordiam in prouisione inter Episcopum, & Capitulum, debeat eam discordiam plene, & contingeret probare, an vero satis sit semplene, numero 36. esse

CAP. III.  
 De ordinario.  
 SVMMARIA.

Ordinarij collatores, de quibus nunc agendum est, iure quibus iure conferre possunt, siue id habeant à



concludenter probandum fuit resolutum per Rotam in dec. postea n. 27 sed ab ea recessus postea, ut in dec. postea n. 33.

Cum ista discorsia per semiplenam probationem concludenter probetur, ista probatio non eliditur a via semiplena probatione in contrarium, sed alia plena venit subvertenda secundum Rotam, num. 41. ubi ponit decisio.

Collatio Præbende spectantis ad collationem Episcopi, & Capituli, facta ab Episcopo valet non contradicente Capitulo, si semel sit, & contra, quia potest fieri separatim, n. 42. ubi sequitur ubi ponitur decisio, Rotam, & sic ex collatione facta ab Episcopo, vel Cap. altero non probante, nec contradicente, dicitur interim ius considerabile quantum prout taliter, quod non valet prouiso Papa altera facta, & sic locus regulae de iure quasi, si alter alteri non contulerit, nec contradixerit, alias secus a n. 44.

Trahendo possessionem prouiso ab Episcopo, Capitulum videtur approbare, & conferre, num. 47. quicquid sit, quando eam dicitur velle obedire mandatis, &c. seu quod obediendo mandato superioris eam dabit, &c. quamuis etiam tunc idem verum videatur, num. 48.

Non placet quod in quadam dec. adducta dicitur, quod stante absentia Episcopi, qui erat in curia, & cuius redditus de facili non sperabatur, potuit solum Capitulum conferre, n. 49. & Capitulum unicum sine Sede vacante, in 6. non loquitur quando collatio pertinet ad Episcopum, & Capitulum, sed quando quis habet conferre cum consensu Episcopi, & non procedit quando habet conferre cum consensu, nec etiam quando collatio spectat communiter ad Episcopum, & Capitulum, in 50. & 51.

Cum collatio spectat ad Episcopum, & Capitulum, potest Episcopus convocare Capitulum, & cogere eum congregari ad prouisionem faciendam, n. 52.

Quamuis non possit Episcopus convocare Capitulum, si de re ad suum, vel suorum commodum spectante agatur ex decreto Concilii, intelligendum tamen est quando agitur de eo, quod primum interest Episcopi, scilicet si de re spectante ad eius iurisdictionem, officium, seu Dignitatem, &c. ex sententia Cong. ut in proposito collationis n. 53. & seq.

Non potest Episcopus restringere, & abbreviare Cap. tempus senestre, quod de iure habet ad prouidendum, & congregato Cap. ad prouidendum potest maior pars, si vellet, prouisionem differre, numero 56. sicut etiam non poterit Capitulum abbreviare terminum sex mensium, & requirere, ac vocare Episcopum, ut inter se prouisionem intra certum tempus, numero quinquagesimo septimo.

Circa prouisionem Canoniciatum, & Præbendarum, ac Dignitatum Ecclesiarum collegialium sunt etiam variae opiniones, & Domini de Rota ab eis fuerunt 4. n. 58. prima opinio, quod ad Prælatus, & Capitulum, & non ad Episcopum spectat prouiso, & collatio de iure a n. 59. Secunda quod spectat ad Episcopum a n. 61. Tertia media, quæ magis placet quod presentatio, seu electio spectat ad Capitulum, seu Collegium ipsius Ecclesie, & institutio, seu confirmatio ad Episcopum, &c. a n. 64.

Ecclesia collegiata quæ dicitur, & quæ sit, & requisita habere debet remissive, n. 70.

In Ecclesiis regularibus ad quem de iure spectat creatio Monachorum, seu Canonorum regularium remissive, n. 71.

Predicte de prouisionibus Præbendarum, & dignitatum Ecclesie Cathedralis, & Collegiatae intelliguntur, nisi aliud habeat consuetudo aut privilegium, &c. n. 27.

Hic non est proprie consuetudo sed largæ, & abusive, & potius est prescriptio, cum vni detrahatur, & alteri acquiratur, n. 73. & tunc est proprie consuetudo, quando in aliqua Provincia generalis consuetudo huiusmodi seruaretur ita, quoad facere eius in communi in illa Provincia, n. 74.

Qualis debeat esse huiusmodi consuetudo, seu prescriptio, in quadragenaria, an immemorialis, vel quadragenaria cum titulo a n. 75. resolutur, quod sufficit quadragenaria sine titulo, quia non est contra ius, licet sit contra communem opin. & decis. & etiam stilum Rotæ.

Obicitur, quod cum in hac sint diuersæ opiniones, & non sit ius expressum, & consuetudo, & obseruata approbans, & recipiens aliquam ex 3. opinionibus, dicitur interpretatiua, & sic non requirit aliquam temporis prescriptionem, & si sit contra communem, & veriorum opinionem, n. 80. vel saltem sufficeret decennialis, n. 81. & quando non est consuetudo interpretatiua, esse consuetudo propria præter ius, & non prescriptio, & sic sufficeret decennialis, sicut in decimis prædialibus dicitur n. 82. & videtur in terminis remisse Rotam in dec. adducta n. 83.

Respondetur, quod, quamuis sumus in consuetudine, & obseruatiua interpretatiua, tamen ubi agitur de auferendo iure vni, quod habet iuxta communem, & veriorum opinionem, & dando alteri, requiritur prescriptio, 40. annorum, n. 84. quando vero ius est ita obseruatum, & dubium, ut non consistat de iure alterius, non requiritur prescriptio, sed sola obseruatiua absque prescriptione temporis sufficit, n. 86. & quod dictum est de consuetudine interpretatiua procedit in consuetudine propria, &c. n. 87.

Ad illud de decimis prædialibus respondetur, quod ibi non solum non est ius expressum, sed imo ius deferre consuetudini, dicens recurrendum esse ad consuetudinem, &c. & sic est materia consuetudinis non sic in proposito, n. 87. & 88.

Reprobatur decisio n. 83. adducta maxime in suo casu, in quo Capitulum pretendebat eligere, seu prouidere priuatis ad episcopum, & eo excluso, & sic consuetudo erat contra ius, & ex quo Episcopus habet fundatam intentionem, saltem in simulata prouisione, n. 89.

Cum Capitulum pretendit prouidere Præbendas aut dignitates Ecclesie Cathedralis excluso Episcopo ex consuetudine, requiritur immemorialis prescriptio, aut quadragenaria cum titulo, numero 90. sicut ad hoc, et inferior acquirat ius conferendi contra Ordinarium habentem fundatam intentionem de iure communis, requiritur prescriptio immemorialis, aut quadragenaria cum titulo, & bona fide, numero nonagesimo primo.

Consuetudo generalis Provincia, quod Capitulum eligat, seu prouideat excluso Episcopo non extenditur ad loca particularia, seu Ecclesiarum, in quibus non est talis consuetudo, licet tunc esset proprie consuetudo, seu iudicium abbat. n. 92. sed contrarium tenetur a n. 93.

Iuxta prædicta possunt procedere resolutiones Rota in quadam causa Placentina, ubi quæ adducuntur & numero 96. quod sicut est contra ius extendere Episcopum ad prouisionem Præbendarum, & dignitatum Ecclesie Cathedralis, ita etiam non deest, nisi vnum votum vnius Canonici, quia id est quasi eum

excludere, & ideo in d. causa Placentina, non sufficit quadragesima in fine tituli, sed requiritur etiam titulum aut tempus immemoriale.

Ex alio etiam cap. potest esse necessaria immemorialis in d. Placentina, si forte in confirmatione statuti esset clausula decreti irritantis, & qua operatur non solum, quod statuentes non possint illud reuocare, sed etiam, quod non possint contra illud induci consuetudo, seu prescriptio, nisi immemorialis, numero centesimo sexto & 107.

**N**vac de Ordinariis collatoribus inferioribus agendum est, sunt autem Ordinarij collectores qui suo iure conferre possunt, siue id habeant à iure, siue à Papa, vel cõsue. etiam si alias non habeat ordinarij iurisdic. vt not. in c. Ordin. de offic. Ordin. & in c. si soli de concessio. Præbende in 6. glo. in Clem. 1. vt lite pendente, verbo Ordinarium, & ibi Imola, & Cardin. q. 14. n. 24. & gl. in extrinsecis, ex. r. abili, & sta. vniuers. verbo Ordinarij in extrinsecis. Ioann. 21. R. buffus de nominatione, questio 8. num. 2. & in concord. d. titulo de collato. s. 1. verbo Ordinarij collator, & ibi 3. frat. que Ordinarij, verbo Ordinarij collatores. Corral. de beneficij 2. part. cap. 1. n. 1. & 4. part. cap. 1. n. 11. P. Gregor. de beneficijs c. 38. n. 2. Flam. Paris. de resignat. benef. l. 8. q. 9. n. 23. & Zechus de benef. & pensio. Eccl. e. 2. & Conc. glo. 21. a. n. 33.

2. Vnde in materia collationis appellatione Ordinarij, venit non solum Episcopus, sed etiam alius inferior, qui habet potestatem conferendi, licet non habeat iurisdictionem Decus in cap. post cassionem, n. 7. de probatio. Rebuffus d. verbo Ordinarij collatores, & Flam. Paris. supra n. 27. & fuit resolutum in illa Ofcen. Canonicius 9. Martij 1592. supra relata e. 3. n. 750. & quamuis Felinus in cap. cum Titulus de prescript. num. 1. videatur contrarium dicere, tamen videtur error literæ, seu impressionis, cum allegat d. glossam in Clem. 1. vt lite pendente, quæ potius est contra, & ita pro hac parte eum allegat Flam. Paris. ibi.

4. Verum de iure tunc communi ordinarij collatores sunt Episcopi, seu Archiepiscopi, qui in collatione & prouisione Beneficiorum sive Diocesis fundatam habent intentionem iure communi, vt per Cardinal. & alios supra, & diximus dicto capite primo num. 51.

5. Sed de Beneficijs, & Præbendis Ecclesiarum Cathedralium, & Collegialium tolli particulare dubium, an spectent ad prouisionem solum Episcopi, an simul cum Capitulo, &c.

Et de prouisione tunc ipsarum Ecclesiarum in primis dicendum est, quod prout Cathedralium olim pertinebat ad solum Romanum Pontificem, a. 1. & 2. 22. d. iurisdictione, glo. in c. quævisquam de electione in 6. in prin. & verbo deuoluetur. Abb. in cap. 1. numer. 1. & in cap. cum Ecclesia Viterana, n. 8. eodem titulo Sclæ de benef. 2. part. questio 22. casu n. 9. Corral. d. cap. 4. num. 2. & 4. part. cap. 5. num. 1. Gregor. Lopez in l. 17. titulo 5. part. 1. Burfatius conf. 126. lib. 2. a. num. 3. & 7. Quintanaduennas Ecclesiasticos, lib. 1. cap. 5. num. 4. Bertach. de Episcopis lib. 1. 3. part. n. 1. T. Electio enim Episcoporum non pertinet iure diuino ad Clerum, sed ad summum Pontificem, vt vel ipse eligat, vel prescribat eligendi modum, Carlin. Bellarm. primo tomo controversia quinto, libro primo, capite octauo & secundo tomo controversia secunda, libro primo cap. 8.

prouiso vero interiorum tunc Eccles. olim pertinebat ad Episcopum Glof. Abb. Selua, Corral. Gregor. Lopez, & Burfatius supra.

Sed postea tracta temporis fuit per Papam data potestas cuilibet Colleg. eligendi sibi prælatus, siue sit Ecclesia Cathedralis, siue inferior confirmatione electi superiori immediato relicta, c. 1. cap. ne pro defectu cap. quia propter de electione cum alius eiusdem titulo ibi & in 6. c. cum Ecclesia Satrina de causa posses. & c. ultimo 16. quest. 7. Glossator. Abb. Selua, Corral. Gregorius Lopez, & Burfatius ubi supra & Bertach.

Demum tunc earum prouisio est iam reserua Papæ per regulam Cancellaria secundo & tertio de quibus supra dicto capite 1. a. num. 212. & 256. vbi dicta vide.

Secundo circa prouisionem tunc præbendarum Ecclesie Cathedralis sunt diuersæ opiniones. 1. est Cõpistellani in d. cap. cum Ecclesia Viterana 4. quod prouiso pertinet ad Episcopum cum consensu Capituli, pro quæ allegat cap. an noscitur de his que sunt a prælatis, sequuntur Selua dicit. questio 22. casu 4. a numero 12. Duare. de beneficijs 3. cap. 4. dicens receptis esse in præbendis, & dignitatibus Ecclesie Cathedralis, collationem ad Episcopum spectare cum consensu Capituli. Burfatius dicit. conf. 126. lib. 2. numero 45. & Quintanaduennas. d. l. 1. cap. 5. num. 4. & hanc opinionem inquit Aegidius decis. 69. Palatium amplexi.

Secunda opinio est Hostiensis in d. cap. cum Ecclesia Viterana, tunc quod spectat ad Episcopum cum consensu Capituli, nisi bona Episcopi Capit. sint communia, & allegat cap. nouis, & c. quæ de his que sunt a prælatis, sequitur Aegidius d. decis. 69. Corral. d. cap. quarto numero quinto & Zechus dicit. questio 2. versiculi. Ordinarij etiam, & allegant capit. illa sine Sede vacante.

Tertia opinio est, tunc quod prouiso Præbendarum ad Episcopum, & Capit. simul pertineat, quam tenet glossa verb. postulat in dicto cap. cum Ecclesia Viterana, & in c. fin. verb. communiter de supplenda negligentia prælatorum, & in c. irrefragabili, verb. per Cap. de officio ordinarij, & in c. 5. 1. verb. disponit. 21. dist. Abb. in d. cap. cum Ecclesia, num. 8. Francus, num. 1. dicens communem, & alij in cap. de collatione de appellatione, in 6. probus ad Monachum in Rubrica de iure patron. in 6. num. 8. Rebuffus de nominario, questio 8. n. 3. & conf. 60. Rufiniacus de Benef. cap. 1. num. 18. Mandol. in regula Cancell. 18. questio 14. ex n. 2. & conf. 28. num. 7. & conf. 29. num. primo dicens communio-re.

Et Rota hodie istam tunc opinionem sequitur vt per Cassad. decis. 22. de Præben. vnde decisio 117. & 172. lib. 3. Achill. decis. 267. seu 4. de Præben. & fuit resolutum in vna Abulen. pœnitentiarij 17. Aprilis 1589. coram Domino Mantica infra adducta, num. 140. & in Hispalen. portionis 19. Ianuarij 1594. coram Domino pamphilio supra adducta c. 1. tom. 35. & in Vercellen. Canonicius 17. Aprilis 1594. coram Domino Benna supra relata d. cap. 1. num. 472. & in Placentina cantuar. 24. Octobris 1594. coram Domino Seraphino supra adducta 4. part. cap. 3. n. 80. & in Regien. Canonicius 17. Nouem. 1595. coram Domino pamphilio supra relata d. cap. 1. num. 415. & in Placentina Canonicius 26. Februarij. 1596. coram Domino Orano infra adducta numero 43. & in Lunen. Sarcane. 23. Octobris 1598. coram Domino Seraphino supra relata d. cap. 1. num. 472. & in Tarraconen. Sacrifici